cialem in presentia iudicis.l.fi.j.e.⁊ sic firmat in specie do. Alexā. hic.in pe.col.qui dicit hoc esse subtile ⁊ nō tactum ab alio. Quod puto verū q̄tum ad bonorū pos.decretalē,que requirit presentiā iudicis,vt dixi. Sed qd in bo.pos.edictali relinquo cogitandum. ⁊ per hec ego limito ⁊ emendo illud qđ dixi in.l.infantis.§.eo.dū dixi ꝙ illa lex nō potest intelligi in hereditate patris:eo quia ꝓpter suitatem transmitteretur:⁊ qđ tunc non esset differentia inter furiosum ⁊ infantē. dic meli⁹ ꝙ illud ꝓcedit in hereditate de iure ciuili.in qua bñ verū est ꝙ nō esset differētia inter īfantē ⁊ furiosum:q2 in vtroq₃ ex potētia suitatis hereditas nō adita transmitteret.l.fi.§.j.C.de cura.fu.sed in bo.pos.de iure pretorio in successione patris puto ꝙ haberet locū.d.l.infantis.quicquid ibi dixerim:q2 suitas q̄tū ad trāsmissionē bo.pos.nihil pōt operari. 7 ⁊ ista est veritas. ¶ † Secunda spes transmissionis est q̄ fit ratione sanguinis,beneficio.l.vnice.j.de his q ante ap.tabu.nā si moriatur aliquis descendens quisquis sit,hereditate ascendentis nō adita nec repudiata,illā trāsmittit ad quoscunq₃ descendētes.⁊ declarat Bar.in.d.l.ventre.in pe.colū.ver.quint⁹ casus. ⁊ ista species transmissionis se habet cum precedēte tanquam excedentia ⁊ excessa.nā trāsmissio ex potētia suitatis fit ad quoscunq₃ etiam penit⁹ extraneos heredes:sed illa que fit beneficio dicte.l.vnice. solum fit q̄tum ad descendentes,sed non extraneos. ista autem excedit illā in alio:q2 illa non habet locum nisi in hereditate patris habentis filium in potestate.ista autē.d.l.vnice.h₃ generaliter locum in hereditate cuiuscūq₃ ascendentis,⁊ cōsequēter matris ⁊ linee materne:⁊ sic suitas nō est illa que operatur istam secūdam trāsmissionē,sed solū qualitas sanguinis. Et circa hoc cadit pulchrum dubium:nunquid.l.vnica.habeat locū in successionibus pretorijs:⁊ consequenter nunquid bo.pos.non agnita per emancipatum in bonis ascendentis transmittatur beneficio.d.l. vnice.⁊ consequenter nunquid isto casu limitetur ista.l.quem passum tangit glos.ij.ad fi.⁊ ibi reseruo. 8 ¶ † Tertia spes trāsmissionis est que fit beneficio.l.cu₃ antiquioribus.C.de iure delib.quādo aliquis scit hereditatem alicuius sibi delatam esse intra annū quem habet ad deliberandum an velit esse heres vel ne.na₃ si decedat intra talem annum pendente adhuc deliberatione,⁊ sic nec adita nec repudiata illa hereditate,transmittit illud ius deliberandi ad quoscunq₃ heredes intra illum annum tm̄:⁊ consequenter potentiam adeundi,⁊ tangit Barto.in.d.l.ventre.in vltima colum.in ver.septimus casus est. Et aduerte:quia ista trāsmissio est longe plenior ⁊ vtilior quo ad quid,q̄ sint due precedentes: nam ista trāsmissio non solum habet locum in hereditate patris: prout prima:⁊ in successione cuiuscūq₃ ascēdentis:ꝓut scđa:imo habet locum generalissime in quacunq₃ successione cuiuscunq₃ etiam penitus extranei tam ab intestato q̄ ex testō. Et ex hoc resultat alia vtilitas:q2 ad hoc vt competant due precedētes,oportet probare aut defunctum fuisse filium ⁊ in potestate,aut fuisse ex descentibus illius ex cuius hereditate agitur.hic non expedit probare de hoc:sed solum ꝙ ille decessisset sciens intra annu₃ deliberandi,vt declarat Bald.in.d.l.cum antiquioribus.in.j.colū.⁊ ibidem moder. Sed in alijs duob⁹ due ꝑcedentes sunt vtiliores: primo,q2 ille transmissiones fiunt perpetuo vsq₃ ad.xxx.annos, sed ista tertia non trāsmittit nisi residuum illius anni qđ superat heredi defuncto ad deliberandum. Item ad hoc vt habeat locu₃ ista tertia transmissio.d.l.cum antiquioribus.requiritur ꝙ decedens expresse sciuerit hereditatem sibi fuisse delatam ex testamēto vel ab intestato:alias nō posset dici ꝙ deliberaret si nesciret. d.l.cum antiquioribus.in ver.sciens.sed due precedentes habent locum siue transmittens sciret hereditatem sibi delatam,siue nō. 9 ¶ † Nunquid autem ista tertia trāsmissio que fit beneficio dicte l.cum antiquioribus.habeat locum in bonorū pos.⁊ consequenter in successionibus pretorijs:tangit Cy.in.l.qui se patris.in vltima col.j.vnde liberi.ibi sub dubio forte tenet ꝙ non.cum requirat agnitionē in presentia iudicis.l.fi.j.eo.⁊ sequit̄ ibi Paul.de cast. ⁊ in.d.l.cum antiquioribus.⁊ Salice.in.l.j.in prin.§.de testi.mili. Et pro hoc bene videtur facere:q2 in successionib⁹ pretorijs regulariter non dantur nisi centū dies.l.ij.§.eo.nisi in ascendentibus ⁊ descendentibus:ergo non potest conuenire remedium de anno.per.d.l.cum antiquioribus.arg.l.qđ cōstitutū.ff.de testa.mili. Et propterea Angel.in repeti.d.l.qui se patris.in.xx.col.dicit ꝙ d.l.cū antiquioribus.habet locum in successionibus pretorijs,in quibus datur annus,vt in ascendentibus ⁊ descendētib⁹:sed nō in alijs.quē reprehēdit Lud.ro.ibi dicens contrariū ꝙ imo.d.l. cū antiquioribus.habeat locu₃ etiam in successionibus pretorijs anno,si annū habeat:alias centū diebus.firmat expresse idē Cy. in.d.l.cū antiquioribus.in.j.q.⁊ ibidē sequunt̄ Rapha.Fulgo.⁊ do.Alex.⁊ idē Ful.in.l.l₃.j.de iure delib.⁊ Alex.hic:ꝓpter identitatē rōnis.⁊ ꝑ ea que dicā in glo.j.ad fi. ¶ Secūdo ꝓpius ad tex.premitte/inq̄tū dicit si non agnouit intra annū,intelligitur altero de duobus modis.vno modo sm̄ Paul.de cast.⁊ do.Alex. hic iste text.debet intelligi qn̄ tempore quo mortua est ista filia emancipata nōdum erat elapsus totus annus:sed aliqua pars: puta duo vel tres mēses.ita qđ adhuc supererat de anno.al's si intelligerem⁹ ꝙ in isto tex.fuisset elapsus totus annus anteq̄ ista filia moreret̄:certe iste tex.nullam haberet dubitationē:cū nō potuisset trāsmittere si iam erat elapsus annus:⁊ sic ipsa exclusa:et sic mors filie nil faceret.vt ergo sit tex.dubitabilis,oportet presupponere qđ adhuc supererat de anno:ita qđ si ipsa filia viueret posset agnoscere:⁊ tamen hic notabiliter deciditur ꝙ nō trāsmittit ad heredes facultatem agnoscēdi vltra residuū illius anni.⁊ dicit Pau.de cast.ꝙ iste est ver⁹ intellectus huius tex. Credo ꝙ errēt: ⁊ teneo ꝙ in ista.l.annus erat ex toto elapsus.vt text.clare dicit non violando eum.ibi si non agnouit intra annum.⁊ istud exp̄sse tenet Bar.hic:qui dicit circa fi.ꝙ ista.l.loquitur in filia decedente post annum. Istud etiam sentit Ange.hic in lec.perusina/qui post suū summariū querit qd eēt si in casu isti⁹.l.filia decessisset intra tēpus bo.pos.petende:⁊ sic intra pendentiā anni:nunquid saltem residuū trāsmisisset:⁊ respondet ꝙ sic.⁊ ita dicit sentire notabiliter gloss.in.l.sed ⁊ si decesserit.ff.de bo.pos.cōtra tab.ergo vult ꝙ in casu istius.l.iam erat lapsus annus:tn̄ caue q2 illud qđ vult Ang.ꝙ residuū anni ad agnoscendum bo.pos.transmitteret̄ est falsum ⁊ contra istam.l.ꝓut expresse dicūt Pau.de ca.⁊.d.Alexā. quos retuli.l₃ de Angel.mentionem non faciat. Teneo ergo ꝙ in hoc text.erat ex toto transactus integer annus:vt litera dicit: nec est necessariū:vt dicūt Pau.⁊ Alex.ꝙ iste tex. solū intelligat̄ qn̄ nondū erat elapsus totus ann⁹,q̄uis etiā in illo casu posset ꝓcedere qn̄ verba tex.paterent̄.⁊ si dicas q̄ ergo erat ratio dubitandi in hoc tex.q̄ fecit errare modernos:hic respondeo ꝙ erat pulchra ratio dubitādi.nā l₃ esset elapsus integer annus,⁊ cōsequenter filia esset exclusa a primo capite,⁊ sic a boñ.pos.vñ liberi:tamē ipsa habebat aliū annū,intra quē ipsa potuisset venire ex scđo capite vñ agnati.itē tertiū annum ex capite vñ cognati.l.pe.§.fina. fi.qs ord.in bo.pos.seruetur.⁊ declaraui in.l.j.super gl.fi.§.eo.dubiū ergo erat an trāsmitteret̄ facultas veniēdi ex secūdo capite vl' ex tertio.⁊ tex.hic sing.decidit ꝙ nullā trāsmittit.⁊ hoc est qđ sm̄.dicit litera ibi nullā vendicationē.pondera illā vniuersalē negatiuam nulla₃:⁊ sic nedum a primo capite,a quo filia erat exclusa 10 ꝑ lapsum anni:sed nec ex secundo vel ex tertio. † Et sic habes hic text.bene sing.in ver.nullā.qđ l₃ filius ad successione₃ patris possit de iure pretorio venire ex triplici capite:⁊ intra tres annos.vt declaraui super gl.fi.l.prime.§.eo.tn̄ si fili⁹ in vita non agnouerit bo.pos.ex aliquo ex istis capitibus:⁊ sit transactus vnus annus licet supersint alij anni veniendi ex alijs capitibus:tamen nullam vendicationem ex vllo capite ad heredes transmittit:ita est hic tex.solēnis quem habes medullit⁹ declaratū. Istis sic premissis venio ad textum.

Emācipata. Hoc dicit.boñ.pos.etiā liberis intra annū competens,non agnita,non transmittit̄.h.d. 11 ¶ † No.ex isto tex.regulam ꝙ bonorū pos.non agnita nō trāsmittit̄ ad heredes.vt hic.⁊.l.iij.§.acquirere.ff.de bo.pos. Sicut etiam in hereditate de iure ciuili,que nō adita nō trāsmittitur.l.vnica.§.in nouissimo.C.de cad.tol. Sic etiam in substitutione.que est secunda institutio.l.qui liberis.§.hec verba.⁊.l.sed si plures in princip.ff.de vulga.⁊ pup.et est text.magistralior q̄ habeat totus mundus.in.l.si ex pluribus.ff.de suis et leg.et ibi dicit tex.aliud esse in iure acrescendi:quod transmittitur:licet nō aditum in vita:q2 ipso iure accrescit etiam inuito:⁊ ideo non requiritur alia acceptatio quo ad trāsmittendū:⁊ per hoc infertur, ꝙ quando substitutio esset iuncta cum iure accrescendi:tunc substitutio quamuis non agnita de ꝑ se non trāsmittat̄,tn̄ ꝓpter ius accrescendi annexum trāsmittitur.text.habes,et exemplum quē Bar.ibi ⁊ omnes dicunt esse singu.⁊ non reperiri alibi in iure.in l.qui patri.ff.de acqui. heredi.⁊ dicit Bar.in.l.vnica.§.fin autem aliquid.C.de cadu.tollen.quod in.d.l.qui patri .est casus mira12 bilis ⁊ singularissimus in iure. ¶ † Necessarium est nunc videre q̄ sit ratio predictarum regularū/ quare bo.pos.nō agnita nō trāsmittat̄,nec hereditas de iure ciuili,nec substitutio. Bal.hic assignat duas ratiōes. Prima est:q2 ex quo heres ipse non adijt et non agnouit videtur neglexisse:⁊ sic quodāmodo repudiasse:allegat.l.j.§.de testamen.mili.l.cum quidam.⁊.l.antistius.ff.de acqui. here.que nil faciunt:ergo non mirum si non transmittit,sicut si vere repudiasset. Ego,licet leges allegate per Bal.non probent intentum suum:allego ⁊ pōdero text.optime probantem.in.l.illud. §.si.cum.l.seq.ff.de contra tabu.alle.in glo. arguendo subtiliter a specialitate illius tex.vbi scriptus heres non agnoscendo bo.pos. nō dr̄ neglexisse,nec tacite repudiasse:imo in casu illo transmittit. ⁊ rationem specialitatis dicam statim in glo.ergo extra illum casum qui non adit vel non agnoscit,intelligitur negligere,⁊ tacite repudiare. ad hoc faciunt pulchra verba Bart.que videas oīno in.d.l.ventre.in. iij.colū.in versi.venio ad.iij.⁊.iiij.partem simul.

Ista ratio mihi non placet: q: non est veru presuppositu; Bald. q ille qui nō adyt, vel non agnouit, dicatur neglexisse: ex quo em scit adhuc sibi durare tempus: puta de iure ciuili vsq; ad .xxx. annos: vel de iure pretorio vsq; ad annum: vel ad centum dies. certe si stetit per mensem q non agnouit, non ppterea dr neglexisse, nec tacite repudiasse: ex quo scit sibi durare ius suum. l. sicut. §. nō

13 videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. ¶ †Secūdam rationem et magis coloratā assignat Bald. hic: quā tenēt expresse Salic. et. d. Alex. hic. in. iij. colū. in discursu. ꝛ ante eos assignat Cy. hic. ꝛ plenius in. l. vnica. in. ij. q. C. de his qui ante ap. tab. nam dicunt q iō bono. pos. non agnita non transmittitur: vt hoc tex. eo q: requirit actū facti extrinsecum. s. q fiat in presentia iudicis. l. fina. j. eo. sed ea que sunt facti, vt est pos. non transmittunt ad heredes. l. j. §. scevola. ff. si quis testa. liber esse ius. fuerit. ꝛ. l. cum heredes. in princ. ff. de acqui. pos. eodem modo aditio hereditatis, q̄uis inducatur solo animo. l. pro herede. in princi. ꝛ. l. gerit. ff. de acquirē. hered. tñ requirit actū facti extrinsecū declarantem animu;: vt dicit gloss.

14 in. l. mutuu;. ff. de acq. here. ꝛ notabiliter Bar. in. d. l. gerit. ¶ Sed tu aduerte: licet ista ratio sit subtilis, ꝛ ab oībus approbata, puto q non sit vera. nā restitutio in integrum etiam requirit factum extrinsecum. s. impetrationem a iudice: ꝛ tñ transmittitur. l. non solum. ff. de in integ. rest. l. pantonius. in prin. ff. de acqui. her. l. qui duos. ff. de rebus dub. nisi dicas quod speciale sit in restitutione. Secundo ꝛ subtilius impugno. nam qñ queritur quare hereditas non adita non transmittatur: ꝛ idem in bo. pos. non intelligo ego quod transmittatur ipsa aditio vel agnitio: q: bene est facti: sed intelligo q transmittatur ius seu facultas possendi adire vel agnoscere: ꝛ ista facultas non requirit actum facti extrinsecum: q: consistit in sola potentia. ita dicit gloss. notabilis in. l. vnica. super verb. transmittere. C. de his qui ante aper. tab. no. Barto. in. d. l. ventre. in. ij. colū. ꝛ tex. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. ꝛ melius q alibi declarat Pau. de cast. in. l. si fratris. in. j. colū. ꝛ seq. C. de iur. delib. vbi ostendit q quando tractatur de transmissione, ipsa aditio vel agnitio non est q̄ transmittit: q: esset facti: sed sola facultas ꝛ sola potentia, que non requirit factum extrinsecu;. Et qd istud sit verum ostendo luce meridiana clarius. nā qñ querimus vtrum bono. pos. non agnita transmittatur, non intelligimus de bo. pos. decretali requirente presentiam iudicis: ꝛ sic actum facti: sed intelligimus de boñ. pos. edictali, propter quam dabitur nobis spes consequēde decretalis: vt in sili dicit gl. l. j. in glo. fi. in. iij. parte. ē. eodē. sed bo. pos. edictalis que datur ipso iure ab edicto pretoris mortui, non requirit factum extrinsecum: ergo ratio do-

15 cto. non vera. ꝛ hoc est valde subtile. ¶ †Aliam rationem assignat Bartol. in. l. si in persona. C. de fideicom. quia suo animo et non alieno, puta per procuratorem. quis efficitur heres. l. per procuratorem. ff. de acquirend. heredita. Sed ista ratio nō est bona: quia bo. pos. acquiritur per procuratorem. ꝛ tamen non transmittitur. l. iij. §. acquirere. ff. eo. ꝛ hoc tex. ¶ Puto ergo qd vera et clara sit ratio quā alibi assignat Bal. in. l. qm sororem. C. de iure deli. nam hereditas nobis delata, vel ex testamento vel ab intestato bono. pos. nobis competens, anteq adeatur hereditas. vel agnoscatur bo. pos. non dicit esse in bonis nostris nec nobis acquiritur. text. est melior de iure. in. l. pretia rerum. in princ. ff. ad le. fal. quem text. reputat sin. ad hoc Bald. in. l. ij. in vltimis verbis. C. de iur. et faigno. tenet Barto. in. l. post emancipationem. in prin. C. de libe. lega. Bal. in. l. deo nobis. ad fin. C. de epi. ꝛ cle. ꝛ Barto. vbi limitat in. l. q duos. in prin. in pe. colū. ff. de re. dub. ergo illud quod non est nostrū vel non est in bonis nostris nec bonis acqsitum, non possumus ad alios trāsmittere. per regulā. l. id quod nostru;. et. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. vide tamē text. in. l. substitutio. ff. de acqui. reru do. Hinc est qd hereditas patris, q̄uis non adeat per filios in ptāte, nec filij se immisceāt, tñ q: ipso iure censentur sui heredes, ꝛ propter suitatem ipso iure cōtinuatur in filios dñium paternorum bonorū: ergo hrditatē pr̄is, q̄uis actualr vere non agnitam, transmittunt ad quoscunq;. l. j §. q sunt in potestate. ff. si quis omis. cā testamenti. Et credo q ista sit melior ratio que reddi possit. Eandem ratione in effectu vult Bar. in. l. a testatore. ad fi. ff. de condi. ꝛ demō. vbi dicit q hereditas non adita iō nō trāsmittitur, q: heres ante aditā hereditatē nullum ius habet. Et dicit Bar. in. l. j. in. j. colū. ff. de acqui. heredi. q hereditas non est heredis anteq adeat. Tñ subtiliter consyderando nec ista rō mihi satisfacit nec me reddit ex toto claru;: q: l; hereditas nobis delata anteq adeat non sit in bonis nr̄is, nec nobis actualiter quesita: ꝛ idem in bonorū pos. non agnita: ꝛ consequenter id qd nr̄m nō est ad alios trāsmittere non possimus: nec aliquid iuris plus in alios transferre q ipsi habeamus. tamen hic non querimus nūquid dominium successionis trāsmittatur ad heredes: quia tunc militat ratio predicta: sed bene nos querimus nūquid illa facultas que competebat defuncto dum viueret adeundi hereditatē vel agnoscendi bono pos. quare illa facultas etia; non transmittatur ad heredes. ad hoc non vadit ratio predicta: ꝛ sic quare bo. pos. edictalis que ipso iure a lege defertur: ꝛ ipso iure competebat defuncto dum viueret, quare illa nō transmittatur ad heredes: qua mediante habetur spes consequende decretalis. cogita q: subtile est. Item nec ratio Bar. videtur tuta, q ideo hereditas non adita nō trāsmittat eo q: heres nullū ius habet. Nam imo videtur qd dicit habere ius, ex quo ei prescribit. l. l;. j. de iure delibe. ꝛ declarat Barto. in. l. is potest. in. ij. ꝛ. iij. colum. ff. ꝛ e acq. here. vnde idem Barto. in. d. l. is potest. in. vj. colū. in discursu sermonis dicit q ideo hereditas non adita non transmittit: q: tunc heres nō dicitur hr̄e aliqd ius quesitū, sed solū habet ius q̄rendū: quod alteri non acquiritur. Sed caue q: fideicōmissum vniuersale ante aditā hereditatem trāsmittitur ad heredes vt tenent Bar. ꝛ docto. in. l. cum filio. in. v. l. de le. j. ꝛ probat in. l. quidam ita in testō. ff. ad trebel. Et tñ in fideicommisso vniuersali solum adest ius cogendi heredem adire ꝛ restituere: ꝛ sic est solum ius querendum, ꝛ non ius quesitum. ꝛ tñ transmittitur. Potes subtiliter dicere, q illud ideo ibi est: q: ad illud cogere heredem adire ꝛ restituere cōpetit officium iudicis. vt declarant glo. ꝛ Bar. in. l. si legatus. ff. ad trebel. sed officium iudicis sui natura est transmissibile. l. non solū. ff. de in integ. resti. ꝛ illud quod est trāmissibile, dicitur quasi quesitum, ꝛ esse in bonis nostris. vt declarat Bar. in. l. qui duos. in pn̄. in pe. col. ff. de reb. dub. limitando. d. l. precia reru;. in prin. ff. ad le. fal. Sed obst. q: etiā in bo. pos. competit officium iudicis. l. j. §. decretalis. ff. de suc. edic. gloss. ꝛ docto. in. l. j. ē. eod. ꝛ tñ bo. posses. non agnita non transmittit. vt hic. ꝛ. l. iij. §. acquirere. ff. eod. Nisi subtiliter dicas, q aliud est officium iudicis qd cōpetit fideicommissario vniuersali, in quo aliqd petit fieri ab aduersario: ꝛ istud actionis verbo continet. l. actiōis vbo. ff. de act. ꝛ obli. declarat Barto. in. l. j. ff. de iur. om. iudi. ꝛ in isto implorando requiritur libellus. vt declarat Bar. in. l. nec quicq. §. vbi decretum. in. ij. colū. cū concor. ff. de offi. procō. ꝛ leg. ꝛ ibi dicit Barto. ide; esse in officio iudicis per quod petitur restitutio in integrum: ꝛ istud officium iudicis bene transmittitur: vt predixi. Non sic est in officio iudicis inuento a pretore in bon. pos. loco iuris adeundi. vt declarat gloss. et Barto. in. l. iij. §. si causa cognita. ff. eod. ꝛ maxime hodie. per. l. fi. j. eo. ¶ Capio gloss. in ver. nullam. quam diuido in tres partes. In prima assignat rationem ad text. In secunda per viam fallentie remouet vnum contrarium. In tertia remouet aliud. secunda ibi: nisi in casu. tertia ibi: sed de iure ciuili. ¶ In prima ꝛ secūda parte

16 habes regulam ꝛ fallentiam. †regula est q bo. pos. non agnita regulariter non transmittitur. fallit in casu. d. l. illud. §. fin. cum. l. seq. cui concordat tex. in. l. scriptus. ff. de carbo. edic. ꝛ tex. in. l. ventre. ff. de ac. here: quas. ll. allegat pro concordanti. glo. in. l. iij. §. acquirere. ff. de bo. pos. Et ratio istius fallentie est fm Ange. Pau. de cas. Lu. ro. ꝛ. d. Alexan. hic: ꝛ ante eos sentit gloss. in. d. l. illud. in. §. fi. in ver. moriatur. ꝛ in. l. seq. in. glo. j. ꝛ in effectu Salice. ꝛ Fulgo. hic: nam ibi heres scriptus in testamento poterat beneficio posthumi preteriti contratabulare testm̄: sed q: potius voluit expectare an posthumus nasceretur vel ne: vt eo non nato succederet ex testamento: et voluntas defuncti haberet effectum: propter hoc statuit tex. q si interim moriatur bo. pos. non agnita, q illā transmittat. Hic aduerte q: valde necessarium est. p̄supponunt docto. q in. d. l. illud. §. fi. scriptus heres in testō possit ɔtabulare bñficio posthumi preteriti aperientis edictum instituto ad ɔtabulandū. illud videtur valde mirabile: q: posthumus preteritus anteq nascatur nō ɔtabulat testamentū. l. posthumo. j. de bo. pos. ɔta. quomodo ergo anteq nascat potuit aperire edictū ɔtabulādi heredi scripto, si adhuc sibi non cōpetit. Ludo. ro. ꝛ. d. Alex. hic dicunt quod illud probat in. l. si post mortē. §. hi qui. ff. de bo. pos. contratabu. que nil facit. quia loquitur in iam nato preterito, qui bene aperit edictu; contrabulandi scripto heredi dato q ipse nollet contratabu. sed nos loquimur in posthumo preterito: dic ergo tu quod illud exp̄sse dicit tex. in. d. l. illud. §. fi. du; dicit alius qui heres institutus est bo. pos. ɔtabulas admittere potest quem tex. expresse ad hoc pōderat ꝛ reputat no. dignū Bal. in. l. si pater. in. ix. oppo. C. de insti. ꝛ substi. sub condi. fac. dicens ibi esse tex. q q̄uis posthumus preteritus non rumpat testm̄ patris anteq nascat, tamen scripto heredi aperit edictum ad contrata. anteq nascatur. ꝛ idē tenet glos. ꝛ Bar. in. d. l. illud. §. fi. ꝛ Bar. in. l. ventre. in. j. col. in fi. ff. de acqui. here. quod valde no. p limitatiē. l. posthumo. j. de bo. pos. ɔtabu. ꝛ

17 de facili teneretur cōtrariū, sed non bene. ¶ †In tertia parte glo. habes q hereditas non adita transmittitur de iure ciuili beneficio. l. vnice. C. de his qui ante aper. tab. ad suos. si intelligis suos proprie. glo. male diceret. sed intellige suos. i. proprios. Ista gloss. potest dupliciter intelligi. primo quod velit constituere differentiam inter hereditatem, ꝛ bono. pos. quod hereditas non adita transmittat beneficio. d. l. vnice. secus in bono. pos. ꝛ consequenter velit quod. d. l. vnica. non habeat locum in successionibus pretorijs. et isto modo gloss. tenet contra communem sententiam. Secundo

cundo modo potest intelligi ista glo. quod quis bo.pos.non agnita nõ transmittat attẽto iure pretorio. vt hoc tex.tñ bene transmittatur attento iure ciuili: et sic dispositioni.l.vnice. et isto modo glo. tenebit cõem sniam: qz.d.l.vnica.habeat locum in successionibus pretorijs. Et hoc modo per dictã.l.vnicã.limitabitur ista lex: non aũt corrigetur.vt declaraui.§.in.l.j.et ostendo.nam si in ista.l.emãcipata filia non reliquisset descendentes, sed alios heredes, non ha-

18 beret locum.d.l.vnica. ¶ †Pro clara ergo intelligẽtia reassumo in dubium nũquid beneficiũ.d.l.vnice.habeat locum in successionibus pretorijs. et in hoc cõis conclusio est quod sic. Quaz tenet Jac. de are. Pe. Cy. Jac. Ray. But. Bar. Bal. hic: et Cy. in.d.l.vnica. in.ij.q. Rapha. Ful. Pau. de cas. et d. Alex. hic: qz eadem rõ est in vtraqz. Secundo fm Fulg. qz.d.l.vnica.habet locum in hereditate, cuius appellatione venit bo.pos.l.fi.§.eod.l.j. vnde lib. in ver. heredes extitisse. et in.l.hereditatis.secunda.ff.de verbo. significa. Pro ista parte.d. Alex.hic adducit tria fundamẽta que per te videas. tamen scdm puto quod nil valeat. rõum adducit gl.fin.in.d.l.vnica.in ver.in liberos.que extendit illam.l.vnicam loquentem ex testamento: vt habeat locum in successionibus ab intestato. dũ dicit quod gl.sit vera: qz communiter tenetur. nil facit in proposito: qz vtrũqz est de iure ciuili. vñ in habentibus symbolum facilis est transitus: et sic illa.l.vnica.que loquit ex testamento de iure ciuili, facile extenditur ad succedentes ab intestato eodem iure ciuili. Sed nos disputamus an extendi possit ad aliud ius: et sic ad succedentes de iure pretorio. Sed tu stringe istam inductionem hoc modo. nam si illa.l.vnica.que loquitur in successione ex testamento: et sic in scripto herede, extenditur ad eum qui venit ab intestato: qui non potest ex lata significatione vocabuli comprehendi. quãto magis veniet bo.pos.que de lata significatione continetur. vt.j.dicam. Contrarium tenent Sali. et Ludo.ro.valde debiliter moti. Nam dicit Salice. quod ius pretorium istud non disponit, nec etiã ius ciuile loqtur in bo.pos. Mouetur etiã Lud.ro. qz in bonõ. pos. cessat ratio.d.l.vnice.que est ne descendentes fraudentur successione ascendentium: que ratio cessat cum bono.pos.possit venire de iure ciuili. quod nihil est dicere: si psupponeremus lapsos xxx. annos quibus excluderetur de iure ciuili: sed non de iure pretorio vt dixi in.l.ij.§.eod. Pro ista parte facit qz tenendo eam sequeretur quod corrigeretur regula.l.iij.§.acquirere.ff.eod. et huius l. sed per subauditos intellectus non debet induci.l.correctio.fm gloss.in.c.cupientes.§.quod si per.xx.de electio.in.vj. sed dic quod per hoc non inducitur correctio, sed limitatio: ptz: qz.d.l.vnica.nõ habet locum nisi quando adsunt descendentes: ergo vbi non adessent descendentes ad quos fieret transmissio, per.d.l.vnicam.procederet.d.§.acquirere. et ista.l. ¶ Quid tenendum, teneo communem sniam/ quam vltra alios medijs confirmo. et in pmis

19 pódero.d.l.hereditatis.la.ij.ff.de verb.signi.alleg.p Ful. † et quia virtus.l.est in inductione.l.nõ solum.§.q pmipilũ. et.ff.de excus.tuto. quam sic allegat Bal.in repeti.l.petẽs.C.de pact. pondero quod in illa.l. hereditatis.dicitur, hereditatis appellatione bo.pos. continetur. pondera ver. continetur. quod significat de propria significatione vocabuli. ita dicit singulariter Bartol.in.l.cui eorũ. §.affinitates.ff.de postulan. sic etiam in verbo pertinere. qd importat propriam significationem. fm Bar.in.l.hec verba.in prin. ff.de adult. si ergo bo.pos.de propria significatione venit appellatione hereditatis. ergo.d.l.vnica.loquens in hereditate habebit locũ in bo.pos. Et istud vltimum expresse tenet Barto.in.l.j. §.bonorum.per illum tex.ff.ad trebel.per quem no. quod lex noua vel statutum loquens in hereditate hz locum in bono.possess.allegat text.meliorem de iure in.l.in conditionibus.§.si patronus.ff.de cõdi. et demon. et cum Barto.tenent ibi alij moder. Cõfirmo per illud quod tenet gloss.approbata in.l.fi.super ver.legitimo.in.ij. parte.C.de edi.diui.adri.tol. quam expresse ibi sequitur Bart.in vij.col.ad fi.in ver. quero qd de testamẽto, et alij sequuntur: ibi dicam: vbi concludunt quod beneficium.d.l.fi.C.de edi.diui.adria.tol. loquens in herede de iure ciuili, habeat locum in bo.pos. eo quia leges etiam noue loquentes in hereditate habent locũ in bono. pos. Ad idem facit qd dixi.§.in euidentialibus/ quod beneficium.l. cum antiquioribus.§.de iure delibe. habet locum etiam in successionibus pretorijs. Et hec tamen ad illud quod dicit. Bart.in illa l.cui eorum.§.affinitates, de illo ver. continetur. prolato a lege, qd importet de propria significatione vocabuli. nam licet non inueniam ab aliquo de mundo reprobatum: puto quod sit falsum: et in contrarium pondero text.in.l.in legibus.ff.de testib. et in ver. cõtineri. juncta.l.si quis.§.j. et seq.in ver.non proprie.ff.de ritu nupt. Secundo ad idem pondero fortem tex.in.l.actionis verbo. dum dicit continetur: et gloss.ibi dicit largissime.ff.de act. et obliga. juncta.l.actio in personam.ff.eo. iuncta glo. Et idẽ facit cõtra Bar. d.l.hereditatis.secunda.ff.de verb.signi. quã nunc econtra retorqueo. in verb. continetur. iuncta.l.j.in ver.vice heredum.ff.de bonõ.possess.l.j. et.ij.ff.de bo.pos.here.peti. et iuncto.§.quos autem.

20 instit.de bo.pos. † Quarto pondera quod text.in.l.liberorum.circa medium.ff.de verb.sig.dicit quod filiorum appellatione[a] continentur nepo. et tamen Bar.ibi in.viij.col.circa prin.respondendo ad dicta Jac.bu.tenet quod non continetur nepos de proprietate vocabuli: sed ex extensione passiua. Et ita ponderat do. Frã. de are.in.l.gallus.§.instituens.in.iij.colum.ff.de libe. et posthu.

21 ¶ † Ad idem pro communi sententia moueor: vltra alios. nã in legibus nouis etiam correctorijs licita est extensio[b] de stricta significatione vocabuli ad latam, concurrente identitate rationis. glo.ad hoc vulgaris in cle.j.in verb.liberi.iunctis ibi no.p Pau.

22 de eliaza. de baptis. sed sic est: quod appellatione hereditatis de qua loquitur.d.l.vnica.saltem largo sumpto vocabulo venit bo.pos. quando obstinate diceres: quod non proprie: ergo ex identitate rationis extenditur ad bono.posses. et eo magis qz.d.l.vnica.non est correctoria sed limitatoria: et sic extensibilis ex identitate rationis: vt declaraui in.l.j.§.eod. Ad idem vltra alios p cõi moueor: nam etiam in correctorijs quando ratio est expressa.in.l.corrigente, certe ex identitate illius rationis scripte etiam in correctorijs licita est extensio. ita Bald.in aut.quas actiones.in.ij.colũ.C.de sac.san.eccle. Pau.de cast.in.l.cũ quis.post glo.ibi.C.de fideicom. no.expresse Rapha.cu. ex illo tex.l.cum mulier.ff.solut.mat. facit text.in.l.his solis.in ver.satis etiam tacite cautum putamus.C. de reuo.do. Sz sic est qd ratio exp̃ssa.in.d.l.vnica.videlicet ne propter casus fortuitos descendentes fraudent successione ascẽdentium, illa ratio expresse militat etiam in bo.pos. vnde dato quod esset lex correctoria, extẽderet. caue tamẽ: qz posses dicere qd rõ assignata.in.d.l.vnica.videlicet ne pter casus fortuitos filij defraudentur non est ratio finalis: sed solum impulsiua: ptz qz etiã si null' casus fortuitus interuenisset, haberet locum.d.l.vnica. ergo est ratio impulsiua, et nõ finalis: que attendi non debet, et credo vere quod non sit finalis ratio. et isto modo posses respondere aliqbus fundamentis meis: qz ad hoc replico et fortius/ quod saltẽ rõ finalis.d.l.vnice.est propter coniunctionez sanguinis. illa enim trãsmissio.d.l.vnice.fit solũ ratione sanguinis: vt declaraui in euidentialibus: et ista ratio militat etiam in bo.pos. quia quis pretor nõ curet de suitate: curat tamen semper de coniunctione sanguinis naturalis: et cum sit ratio vnica, habetur pro expressa. iuxta gloss. reputatam sing.in.d.l.cũ quis. et ibi Bal. et Pau.de cast.C.de fidei. et Bal.in.l.maximum vitium.in.iiij.co.C.de libe.preteri. cõcludo ergo ex predictis, lz passus sit disputabilis, verã esse cõem sniam/

23 quod.d.l.vnica.hz locũ etiam in successionibus pretorijs. † Cogita tamen de per te. quia non inuenio ab aliquo cogitatũ. Stante ista communi sententia, nunquid filius qui de iure pretorio põt succedere ex triplici capite: vt declaraui in.l.j.super gloss.fina.§.eo. eodem mõ beneficio.d.l.vnice.trãsmittat omnia tria capita: an vnũ tm: attento quod materia est fauorabilis principaliter: dic quod nõ cum ille text. pprie loquatur ex testamẽto. vbi oĩno cadit ista multipli-

24 catio capitum. tñ glo.ibi extendit etiam ab intestato. ¶ † Limita tñ cõem sniam fm Bal. Ful. et do. Alex. hic: vt procedat in bono.pos.fauorabili: secus in ea que non est fauorabilis, puta in bono.pos.contra tabulas, que non trãsmittitur beneficio.d.l.vnice. vt hic per eos. contra tamẽ istud multuz facit quod singula. vult Bald.in.l.filio preterito.ff.de iniust.rup. vt ibi expresse refert et sequitur Jmol.in penul.chart. qui volunt quod beneficium dicendi nullum testamentum patris transmittitur bñficio.d.l.vnice. Sic ius dicẽdi nullũ nõ agnitũ trãsmittit ex potẽtia suitatis, lz Bal. in.c.scisitat'.in pe.co.de rescrip.p text.in.l.ij.secundo responso.C. de posth.heredi.instit. respondet do. Alex. qd ideo est, qz ius dicẽdi nullum reducit nos ad ius succedendi ab intestato. Tũ istud mihi non satisfacit: qz etiam bono.pos. in effectu reducit nos ad ius succedendi ab intestato, stabulato testamẽto. Et ideo teneo quod.d.l.vnica.nõ habeat locũ in bono.pos. ctabulas: nec etiã in iure dicẽdi nullũ: qz vba.d.l.vnice.nõ quenũt: et nõ vr refragari: qcqd alij teneãt hic. Et qd verba nõ patiant ptz: qz loquit qñ ille q trãsmittit erat scriptus in testõ. sed hic erat preteritus. Jtem rõ ibi est ppter auitũ desideriũ, vt apte ibi dicit litera. nam scriptus venit ex voluntate testatoris, preterit' aũt contra. Cõfirmo: qz q succedit de iure pretorio cõtra testũ, nõ dicitur habere voluntatem defuncti. fm Bal.in rub.§.eo.in vlti.q.post glo. et Bar.in.l.j.§.toties. fñ.vel maxime.ff.de col.bo. et est tex.in.l.sed quum patrono. §.j.ff.de bo.pos. Jtem istam limitationem Bal. etiam simpliciter reprobat do. Frã.de are.in.l.j.in prin.in pe.co.ff.de vul. et pup. Tamẽ verũ est quod querela inofficiosi testamenti etiam nõ preparata trãsmittitur ad filios: non per.l.vnicã, sed per.l.si quis filium. §.fi. et.l.scimus.in pnc.C.de inoffi.testa. de quorum intellectu dixi singulariter limitando.l.cum mota.C.de transactio. Et sicut querela inofficiosi testamenti non preparata transmittitur ad filios, iuribus p̃allegatis: adde qd idem est in querela inofficiose dona. non preparata. ita singulariter extẽdit Bal.in.l.j.in pen.co.C.de inoffi. do. et p hoc remanet expedita ista.l. Jason Pisis.

[a] ¶ Appellatiõe. Adde. Bar.in.l. si fili' tuus. C.ad mace. gl.in cle.j.de bap. Jo.an. i.c. statutũ. de here.lib. vj.in nouel. an.de bu.i.c. ad extirpãdas.de fi.ps.

[b] ¶ Extẽsio. Adde gl.in §.numerandi.i.c.statutũ.de rescri. li.vj. An.de bu.i.c.olim. de verb.sig. alex.de imol. in.l.si cõstãte.in pnc.ff. solut.mat.

1 ☞ Propter incertitudinem cause testati vel intestati impeditur cursus tpis assignati ad petendum bo.pos.cum sit vtile.
2 Ignorans ꝛ dubitans equiparantur.
3 Quẽadmodũ iuri qd qs sibi cõpetere ignorat, nunq̄ intelligitur renũtiare: eo modo nec iuri qd dubitat quis sibi cõpetere.
4 Queadmodũ omittens opponere exceptionẽ dilatoriã ante litẽ contestatam, eo qꝛ ignorat sibi competere, potest eam opponere post litẽ contest. idem est etiam in dubitante.
5 Queadmodũ litigãtes p ignorãtiã vel errorẽ nunq̄ intelligun tur prorogare iurisdictionẽ iudicis nõ sui: eo. modo litigantes qui sunt dubij an sit iurisdictio vel ne.
6 Prescribẽs q hꝫ cõscientiã lesam dꝛ esse bonefidei: ꝛ illa dubitatio supueniens non impedit prescriptionẽ, sicut si ignoraret.
7 Dubitans ꝛ ignorans equiparantur, nisi in certis casibus.
8 An agnoscens boñ.pos.in p̄ñtia iudicis debeat exp̄mere ex quo capite agnoscat: an vero sufficiat simpl'r dicere: agnosco bo.poss.
9 An ꝛ qñ tp̄s statutñ a.l. vel statuto currat ignoranti.
Et an statutum disponere possit vt currat ignorãti. nu.10.
11 An valeat statutũ gñaliter disponẽs ꝙ tp̄s currat etiã ignorãti.
12 Forensis põt petere restitutionẽ in integrum aduersus statutuꝫ quod ignorauerat probabiliter.

¶ Dubitãs. Adde bar. in.l.si.C. de condi.inde. Bar. ꝛ bal. in.l. manifestissimi.C. ð fur. Bar. in c.j.§. psonã p quos fi. inuesti. in vsi. feud.

Quandiu. Hoc dicit fm Barto. ꝛ Ange. q̄diu põt succedi ex testõ: nõ potest succedi ab intestato: nec tpa currunt. qd summarium est in se verissimum. l. q̄diu. ff. de re. iur. ꝛ. l. q̄diu. ff. de acqui. here. preterq̄ in casu. l. si qs ita heres instituat. vbi gloss. ꝛ docto. ff. de here. institu. eo qꝛ testator sic expresse disposuit: vt declarat Bald. in. l. iij. j. de impube. tenet Bart. in rubri. j. de succes. edic. in pe. q. in fi. Tñ istud summariũ Barto. nõ cõcludenter elicitur de hoc tex. Jõ al'r summo. ei q nõ est certus an ex testõ vl' ab intestato succedat, vel ex quo capite veniat, nõ currit tp̄s assigna 1 tum ad petẽdum bo.pos. h. d. ¶ † No. ex isto text. qd ppter incertitudinem cause testati vel intestati impedit cursus tpis assignati ad petẽdum bo.pos. cũ sit vtile. l. ij. s. eo. ꝛ. l. ij. in prin. ff. qs ordo. Limita vt dixi. j. circa fi. ¶ Not. ex hoc tex. fm Ful. Pau. de ca. ꝛ do. Alex. hic: qd queadmodũ ignoranti nõ currit tp̄s petende 2 bonorũ possessionis. l. ij. s. eo. eodem modo nec dubitanti. † Et ex istis legibus simul iunctis habes notare, qd ignorãs ꝛ dubitãs equiparantur. facit text. in. l. manifestissimi. §. si autem nescius ꝛ dubitãs. C. de fur. quem Bar. ibi ad hoc not. ꝛ dicit se nescire alibi. Et per illum tex. dicit notabiliter Bal. in. l. leges sacratissime. C. de legi. qd ita parcitur dubitanti sicut ignoranti: vel errãti. qd reputat notatu dignum. sequitur Joan. de ana. in cõsi. lxxij. Visis ꝛ consyderatis his que in facti narratione. in vl. colũ. facit tex. in. l. ij. in prin. ff. quis ordo in bo.pos. seruetur. vbi expresse iurisconsultus dicit ꝙ ille qui dubitat dicitur nescire. Itẽ adde tex. in. l. iij. §. is qui nescit. ff. de libero homine exhibendo. Ad idem tex. i. l. fi. 3 ꝛ ibi Bar. ꝛ oẽs notant. C. de condi. indebi. † Hinc ex ista equiparatione dicit Barto. in. d. l. manifestissimi. §. si autem nescius. qd quemadmodum iuri qd quis sibi cõpetere ignorat nũq̄ intelligitur renuntiare. l. mater decedens. ff. de inoffi. testa. eodem modo 4 nec iuri quod dubitat quis sibi competere. ¶ † Secundo dicunt Cy. ꝛ Bal. in. d. l. manifestissimi. qd quemadmoduꝫ omittens opponere exceptionem dilatoriam ante litem contestatam: eo quia ignorabat sibi competere, potest eam opponere post litem contestatam. l. ita demũ. C. de procur. iuncta. l. ij. C. de cõsor. eiusdẽ litis. 5 idem est etiam in dubitante. qd videtur valde fortius. ¶ † Adde tertio illud quod in simili decidit Barto. in. l. ij. in. iij. co. ff. si quis in ius voc. non ierit. ibi dixi. vt dicit Bar. qd quemadmodũ litigantes p ignorãtiã vel p errorem nunq̄ intelligunt prorogare iurisditionẽ iudicis nõ sui. l. si per errorẽ. ff. de iuris. om. iudi. eodem modo litigantes qui sunt dubij, an sit iurisditio vel ne, per hanc 6 equiparationem. ¶ † Ad idem adduco illud qd expresse dicit gl. canonistarum quam reputo valde singu. in. c. si diligenti. in glo. in ver. bona fides. in fi. de p̄scri. que singulariter dicit ꝙ prescribens qui habet conscientiam dubiã, tamẽ bonã, dicitur esse bonefidei ꝛ illa dubitatio supueniẽs nõ impedit p̄scriptionem sicut si ignoraret. ꝛ propterea pondera ibi esse glo. expressaꝫ pro eo qd singu. decidit Bar. non recordatus de illa gloss. in. l. naturaliter. in. iij. colũ. in fin. ff. de vsur. post Inno. in. c. si. de prescri. nam decretalis dicit quod malefidei possessor nunq̄ vllo tpe prescribit: vt in regula malefidei possessor. de reg. iur. in. vj. dicit Bar. qd si post inceptam prescriptionem quis inciperet dubitare, tamen prescriberet etiam de iure canonico. ꝛ sequitur Bald. in. l. super longi. C. de prescri. lon. temp. credo qd Barto. nil melius potuisset allegare. gloss. in. d. c. si diligenti. est verũ qd. d. decisionẽ Bart. reprehẽdit. d. An. in. c. fi. ð p̄scrip. ꝛ vid ibi late Imo. in repeti. l. vj. in. ix. q. tenentem contra Bartol. quod aliter nunc non examino. Et dicit. Bald. in. c. fina. in. iij. colum. de consue. quod dubius in cõsciẽtia nõ intelligitur facere ꝯtra cõsciẽtiam, nisi postq̄ mõstrata est sibi veritas. ꝛ reperit idem Bald. in. c. bone. el. ij. in. v. colũ. de postu. prela. ꝛ notabiliter i. d. c. si diligenti. in. ij. col. Ad idem pro p̄dicta equiparatione addo quod decidit Bal. in. l. j. in. iiij. colũ. in prin. C. de fal. causa adiec. leg. dum ponit an stetur dubitatiuo di7 cto testatoris aliquid dubitatiue asserentis. ¶ † Stat ergo ex pre8 dictis quod dubitans ꝛ ignorans equiparantur. Limita tamen fm. Bal. in. d. l. manifestissimi. in. iij. col. versi. vlterius quero. nisi talis dubitans potuerit de facili certiorari. ꝛ pondera illud verbum de facili. p glo. l. locus. ff. de acq. pos. in ver. mei iuris. dũ dicit Sed responde de facili ꝛc. sequitur. d. Alex. hic: per tex. l. regula. §. sed facti. in ver. diligenter inquirendo. ff. de iur. ꝛ fac. ignorã. Secundo singu. limita q̄tum ad cõtrahentem cum aliquo: quia dubitans non excusatur sicut ignorans per predicta. imo si dubitat debet prius inquirere ꝛ certiorari de conditione eius cũ quo vult ꝯherere: al's sibi imputet: ꝛ nõ excusatur sicut dubitans. ita Bald. in. c. j. in. §. psonam. in tit. per quos fiat inue. in vsi. feu. ¶ Secũdo principaliter pondera text. ibi: ꝛ ex quo capite pos. sit delata. hic esse tex. secundum quod ponderauit Ful. Pau. de cast. ꝛ Lu. ro. ꝛ. d. Alex. p eo qd decidit Bal. in rub. s. eo. in. iij. col. in ver. his er8 go visis. † vbi querit nunquid hodie agnoscens bonorum pos. in presentia iudicis debeat exprimere ex quo capite agnoscat: an vero debeat simpliciter dicere agnosco bonoꝝ pos. ꝛ cõcludit Bal. quod est necesse qd in specie exprimatur ex quo capite agnoscat alias agnitio redditur nulla: quia cum fieri debeat coram iudice. l. fina. j. eod. ergo iudex debet in specie intelligere ex quo capite agnoscat. l. coram. ff. de verbo. signi. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. nam pro illa decisione videtur multum stringere iste text. in ver. ex quo capite pos. sit delata. Et dicit. d. And. barba. qui sequitur illam decisionem Bal. in repe. huius rub. in. xxxv. co. ꝛ trib⁹ vel quatuor seq. qd totus mũdus nõ respõderet ad istũ text. Istã decisionem Bald. refert. d. Card. flo. in. c. si. de maio. ꝛ obedi. Sꝫ uis aliter non examinet. ꝛ pro ista opi. d. And. barba qui Bald. sequitur in predicto loco, addit alium text. in. l. emancipata s. eo. in ver. si non agnouit intra annum vnde liberi bo.pos. dicit ꝙ in illo text. defecit ingenium modernorum ꝛ antiquorũ: tñ si cõsyderas nil cõcludẽter probatur. ad idẽ allegat. l. ij. j. de suc. edi. ꝛ quedã alia leuia que non refero. ¶ Breuiter tene cõtrarium, ꝙ sufficit in iudicio agnoscere bonorũ pos. simpliciter hodie, absqꝫ eo quod exprimat ex quo capite. prout tenuit Bal. sibi cõtrari⁹ in. l. fi. circa fi. j. eo. ꝛ licet ratio sua fundata per. l. solam. C. de testi. cum glo. reprobatur per Pau. de ca. hic, tamen eius decisio est vera: quam tenent Pau. de ca. ꝛ plenius do. Alexã. hic ꝛ Rapha. cu. in. l. fi. p illum tex. ff. de libe. ꝛ posthu. Idem tenet Albe. in. d. l. fin. iij. colũ. j. eo. Et pro ista sententia facit tex. in. l. fi. in ver. qualiscunqꝫ testatio. j. eod. ꝛ in. §. fi. instit. eo. pondera illam dictionem qualiscunqꝫ. p illud qd dicit glo. no. in cle. j. in ver. aut earum parte. de foro compe. licet moder. faciant magnum fundamentum de illo verbo qualiscunqꝫ testatio. tñ facile responderetur. qꝛ intelligit qualiscũqꝫ, dummodo idonea. Istud in simili dicit gloss. ꝛ Bar. de statuto disponẽte quod sufficiat qualiscũqꝫ pbatio, intelligit alias idonea. l. iij. C. de fide instru. ꝛ iure haste fisca. lib. x. ꝛ Bal. in l. j. C. de fide instru. Adde bene facere glos. in. §. sed hec solennia. insti. de verb. obl. nam text. dicit stipulationem fieri quibuscunqꝫ verbis. ꝛ gloss. supplet habilibus. tñ facit qd not. Bart. in. l. ij. §. p̄tor ait. per illum tex. ff. qui satisda. cog. de statuto disponente ꝙ sententia arbitri qualiscũqꝫ fuerit mandetur executioni. iunctis multis similibus que ibi dixi. Ad idem pro ista sentẽtia facit tex. in. l. j. in ver. pos. agnouisti. ꝛ qd ibi not Bal. j. vnde le. ꝛ per illum tex. ita ibi tenet Ludo. ro. ꝛ in rubri. s. eo. Facit text. in. l. vnica. in ver. bonorum pos. agnouerunt. j. qñ non pe. par. ꝛ pleriqꝫ similes tex. qui tamen necessario non concludunt. ꝛ tex. in. l. iij. s. de iur. et fac. igno. ad idem bene facit qd pulchre decidit Bal. in. l. j. s. eod. in. xiiij. col. in ver. circa primum punctum. vbi querit Bald. pone grossi homines vadunt ad iudicem, ꝛ dicunt: dñe iudex agnosco possessionem defuncti: vel agnosco dominium rerum talis defuncti. nunquid dicatur sufficienter agnita bonorum pos. ꝛ determinat ꝙ sic. Et tenendo istam partem qd respondebimus ad istum tex. in ver. ex quo capite. Pau. de cast. dicit quod procedebat ista l. de iure antiquo. sed hodie secus p. l. fi. j. eo. quasi dicat qd est correcta in hoc: per illã. l. fi. Aliter respondet. d. Alex. diuinãdo, qd in ista. l. erat mortuus frater, ꝛ nesciebat an filios reliquisset ꝛc. Ego subtilisando textũ aliter respõdeo in forma, quod iste text. nil concludenter probat. nam bene dicit qd q̄diu dubium est ꝛc. interim non currit temp⁹. ꝛ sic velit text. quod ad hoc vt alicui currat tempus ad cognoscendam bonorum pos. qꝛ est tempus vtile, debet esse certus ꝛ ex quo capite admittatur, ꝛ consequenter debet scire causam. tamen per hoc necessario non probat text. quod quando agnoscit bonorum pos. debeat hoc exprimere: dato quod debeat scire ꝛ esse cert⁹. Tolle optimum simile ad hoc vt quis possit adire hereditatem de iure ciuili debet esse certus ꝛ scire causam

⁊ scire causam sue aditionis: ⁊ scire an ex testamēto vel ab intesta
to: vel ex quo capite. l. sed ⁊ si de sua. ⁊ l. quod si dubitet. ff. de acq.
here. ⁊ tamen tempore quo adit nō debet exprimere, cum aditio
fiat sola volūtate. attento maxime ꝙ in isto ꝓposito equiparatur
aditio hereditatis ⁊ agnitio bonorum pos. per glo. ⁊ Bar. in. l. j.
vbi dicetur. j. de bo. pos. ſm tab. ⁊ sic ista nō est bona consequētia:
ad hoc vt alicui currat tēpus debet scire ex quo capite sibi defera
tur: ergo quādo agnoscit habet necesse exprimere, istud nō sequi
tur quicqd dicat Pau. de ca. fortius inducendo istū text. Breui
ter pro ista etiam sententia. adde tex. in. l. iij. §. de iur. ⁊ fa. igno. per
quem tex. patebit respōsum ad. l. emancipata. §. eo. Posses etiā
dicere ꝙ si factū sit apte ⁊ sufficiēter narratū, nō attendat̄ postea
qđ caput exprimatur vel ne: ⁊ an aptū vel ineptū, sicut in simili
dicimus: ꝙ qñ factū est apte narratū, nō curamus de expressione
actionis, etiā si inepte exprimatur: vt glo. Barto. ⁊ omnes in. l. j.
in prin. ff. de eden. ⁊ ad hoc bene facit qđ in specie decidit Bald.
in. l. j. iiij. col. j. vnde leg. nā debes scire ꝙ in hereditate matris vel
linee materne non habet locum bonorum pos. vnde liberi. pone
modo ꝙ filius in iudicio dicat agnosco bo. pos. vnde liberi. in he
reditate matris: an per hoc vitiet̄ aditio bo. pos. videret̄ dicēduz
ꝙ sic: ex quo inepto capite agnouit. Bal. ibi determinat singu
lariter oppositū. ꝙ nō est curādum de modo dūmodo causaz ha
9 beam⁹. l. qm indignum. j. de testa. ¶ † Ultimo Bal. ⁊ Sali. hic sa
tis extrauagāter examināt: an ⁊ qñ tempus statutū a lege vel a
statuto currat ignorāti vel ne: de quo per Bar. ⁊ Ange. in. l. fina.
ff. si quis testamēto li. esse ius. fue. cum mille concordā. hic traditis
10 per do. Alex. ¶ † No. tamen ad propositū nostrū, ꝙ licet tempus
taxatū ad agnoscendum bonorū possess. sit vtile, ⁊ per ꝯsequēs nō
currat ignorāti vel dubitāti: vt hoc tex. iuncta. l. ij. §. eo. tamen per
statutum vel cōsuetudinem posset induci qđ tēpus agnoscende
bono. pos. curreret ignorāti, ⁊ valeret talis cōsuetudo ⁊ tale statu
tum. tex. est quem ego solus pondero in. l. pe. in fi. j. eod. inducēdo
11 vt ibi inducam. ¶ † An aūt valeat statutum disponēs generali
ter ꝙ tp̄s currat etiā ignoranti. determinat Bald. ꝙ sic. in. l. vni
ca. in prin. in. iij. col. C. de cadu. tol. Alibi Barto. in. l. diuus. in fin.
prin. ff. de sal. determinat valere statutum disponēs ꝙ non liceat
allegare ignorātiam alicuius statuti. sequitur Bal. in. l. j. ff. de le
gi. Imol. in. l. de pupillo. §. nuntiationē. ff. de ope. no. nūtia. Dicit
tamen signāter Salice. in. l. senatus. C. de his qui sibi ascribunt. ⁊
in. l. ita nobis cordi pudor. C. de adul. ꝙ tale statutū sic disponēs
deberet intelligi de ignorātia crassa ⁊ iniusta: al's sec⁹. de quo etiā
per Ludo. ro. in. l. is pōt. ff. de acqui. here. ⁊ in. l. j. §. occisorū. ff. ad
12 sena. sylle. ⁊ in. l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nun. ¶ † Not. tamen
perpetuo ꝙ forēsis pōt petere restitutionē in integrum aduersus
statutum qđ ignorauerat ꝓbabiliter: ⁊ hoc ex clausula generali:
si qua mihi iusta causa ⁊c. Ista est solēnis decisio Innocē. Jo. an.
⁊ do. Anto. de bu. in rubri. extra de cōsue. ⁊ plenius do. Anto. de
but. in. c. ij. in pe. char. de cōsti. Jo. fab. in. l. cūctos populos. in. vj.
col. C. de sum. tri. Alex. in cōsi. xxxvij. in. ij. vol. incipiē. viso ⁊ opti
me discusso ꝓcessu. in. viij. col. do. Fran. de are. in consi. xj. qđ inci
pit. procedēdum est breuiter. in. iij. col. ad fi. Jason Pisis.

1 ¶ Juris ignorātia etiā mulierib⁹ nō prodest in lucris. ⁊ nu. 2.
3 Juris ignorantia non excusat rusticum.
4 Juris ignorantia non excusat mulieres quando potuerunt con
sulere peritiores: alias secus.
5 Grauior est mora que cōmittitur faciendo ꝙ̄ illa que cōmittitur
omittendo.
6 Potentius operatur repudiatio expressa ꝙ̄ tacita.
7 Mulier ⁊ rusticus qui nō potuerunt consulere peritiores qñ ex
cusentur: ⁊ quando non. nu. 8.
9 Si quis cōsuluit peritiores: ⁊ habuit consilium sed malū, tunc ex
cusatur ne sibi iuris error noceat. fallit in quatuor casibus.

Juris. Juris ignorantia etiā mulieribus non
ꝓdest in lucris. h. d. Et materiā hui⁹. l.
1 posui in. l. iij. C. de iur. ⁊ fac. ign. ¶ † Not. summariuz.
Et vt intelligas summariū aduerte qđ error iuris in
dānis euitādis prodest cuicūqz/neduz mulieri. l. error. in fi. ⁊. l. re
gula. in princip. ff. de iur. ⁊ fa. igno. sed in lucris iuris ignorātia ne
mini ꝓdest neqz etiā mulieri, iurib⁹ preallegatis: qꝛ nō est eadē ra
tio lucri ⁊ dāni. l. fi. j. de codi. ⁊ ideo qñ per errorē iuris perdit̄ bo.
pos. ⁊ cōsequēter successio que acqri poterat, dicit̄ perdi lucrum:
nimirū si iuris ignorātia nō ꝓdest. ⁊ istud procedit etiā si esset he
reditas patris: qꝛ illa nō est debita: sed quasi. ideo de ea iudicat̄
prout de quasi lucro. ſm glo. not. in. l. iij. C. de iur. ⁊ fac. ignorā. vbi
de hoc vltimo plene dixi. ⁊ est tex. in. l. ⁊ qꝛ. in verbo. quasi debita.
ff. pro soc. ⁊ in. l. fi. §. sin aūt perpetu⁹. C. de cura. fur. Barto. in. l. fin.
ff. de lib. agn. Idem in his que originē trahūt a lucro, licet postea
damnū inferat: vt est hereditas. gloss. not. iūcto text. in. l. si duo. in
2 verb. scire potuit. ⁊ ibi Imo. ad hoc no. ff. de acqui. here. ¶ † No.
ꝙ iuris ignorātia regulariter nō prodest mulierib⁹ nec marib⁹: vt
hic. ⁊. l. iuris. la. ij. ff. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊. l. fi. C. e. sec⁹ in errore facti.
l. ꝙ diu. §. eo. limita qñ est ꝓbabile dubium in iure, nā tūc error iu
ris equiparatur errori facti: ⁊ dicitur iustus, per not. ꝑ Joā. an. in
c. j. de postu. ꝑla. in. vj. ⁊ est text. in. c. cū dilectus. de cōsue. quem
ad hoc ibi singularem facit do. Abb. in. iiij. colū. ⁊ in. c. si diligēti.
in. viij. colū. de p̄script. ⁊ in. c. dudū. in vlti. colū. de deci. ⁊ in. c. fi. in
ij. no. ꝺ cōsti. ⁊ in. c. ꝺ quarta. in. ij. co. ⁊ ibidē do. An. de p̄scri. Imo.
in repe. c. fi. in. v. co. eo. tit. de prescri. Item adde qđ licet iuris igno
rantia non prosit mulierib⁹ quominus eis currat tempus agno
3 scende bo. pos. † secus est in rustico quem iuris ignorātia excusat:
quominus sibi currat tp̄s istud. text. est fortis. in. l. quicunqz. ⁊ ibi
glo. expressa. ⁊ ibi Odof. ⁊ Fulgo. j. eo. ⁊ idē p illū text. Ful. ⁊ Lu.
⁊ d. Frā. de are. hic ⁊ ibi. Ex quo sequitur mirabile. qđ magis fa
uetur rustico ꝙ̄ mulieri. Cū regulariter equiparant̄. l. ij. §. fi. ff. de
iure fis. l. j. in fi. ff. de edē. hinc est qđ sicut mulieri non succurritur
magis ꝙ̄ alijs, nisi in casibus iure expressis. l. fi. C. de iuris ⁊ fact.
ignorā. gloss. j. q. iiij. c. fi. in princi. Idem in rustico ſm. d. An. in. c.
ij. in. iiij. colū. de consti. quem sequitur. d. Alex. in. l. si quis id qđ. in
princip. in. iiij. co. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊ hic est glo. in. d. c. fi. in pn.
tuit esse suus heres auo:q2 tpe mortis aui pater nepotis precede bat eum in gradu:⁊ suitas que est nobilis nunq̄ capit nisi vnum gradum:vt declaraui.§.in euidentialibus. Scđa rō est:q2 in suis nō est locus succes.edicto de gradu in gradū.vt declaraui in euidentialib⁹.dato φ millies iste nepos possit esse suus:qđ est falsuz. ⁊ sic stat qđ de iure ciuili nepos ab intestato non poterat succede re auo tanq̄ su⁹. Aut iste nepos vult succedere auo tanq̄ agna tus:q2 iungit̄ auo p lineā masculinā:⁊ istud ēt facere nō poterat de iure ciuili tpe istius legis:q2 cum tpe mortis aui pater nepotis esset proximior agnatus auo:q2 erat in primo gradu:certe exclu so primo agnato,admittebatur fiscus:⁊ exclusis alijs agnatis vt declaraui in euidentialibus. Apparet ergo quod iste nepos non poterat succedere tanq̄ agnatus.minus poterat succedere de iu re ciuili tanq̄ cognatus:q2 cognati tpe istarū.ll.non erāt cogniti a iure ciuili.institu.de succe.cog.in princi.ergo apparet quod ex nullo capite ⁊ ex nullo modo nepos poterit venire ad hereditatez aui intestati de iure ciuili. Queritur ergo nunquid saltem possit venire de iure pretorio.⁊ respōdetur quod sic:qđ potest venire de iure pretorio per bonorum possessionē:intellige.§.vnde liberi.licet text.non dicat:vt conueniat presenti titu. Et rō diuersitatis est q2 licet de iure ciuili primū caput esset plenū et occupatum propter suitatē:ideo non poterat esse locus sequenti in gradu:tamē quia attento iure pretorio primū caput potest dici euacuatum,ex quo attento iure pretorio filij in potestate non sunt heredes,sʒ habēt beneficiū abstinendi,quando expresse se abstinent,vel morte exclu dūtur:put est hic:ideo nepos de iure pretorio admittitur ad suc cessionem aui,non obstante quod pater precedat. Et iste est pro prius ⁊ verus sensus huius.l.enucleatus vsqʒ ad intimā medul lam. Et propterea omissis summarijs aliorum scribentium, sum ma istum text.sic pulchre et subtiliter. 37 † Pater in potestate aui ab intestato premortui,qui obstat nepoti de iure ciuili ppter po ritatem gradus ⁊ suitatem,non ob.nepoti de iure pretorio.h.d. subtiliter ista solemnis.l. Uerum quia hodie per iura noua sta tutum est quod in agnatis sit locus succes.edicto de primo gra du ad sequentes.§.placebat.institu.de legitima agna.succes. Itez hodie attento iure pretorio videtur quod etiam in suis heredib⁹ sit locus successorio edi.ideo hic insurgit maxima difficultas:nū quid hodie ista.l.sit correcta vel ne:⁊ sic nunqd hodie iste nepos possit venire ad solam hereditatem aui de iure ciuili:presertim tanq̄ agnat⁹:attento qđ hodie excluso agnato primo non venit fiscus,prout erat olim et tempore istius.l.imo per successoriū edi ctum admittuntur sequentes agnati de gradu in gradum, fisco excluso.quam difficultatē plene videbimus in glos.j. Stat er go ex pdictis,quod ista.l.nullo modo potest loqui in patre nepo tis qui adiuisset,vel se immi scuisset hereditati aui.⁊ istud est indu bitatum. Non etiam potest loqui in patre qui repudiasset, quia tunc nudum nomē filij abstinentis ⁊ mortui nō obesset nepoti de iure ciuili. Et sic videtur quod ista lex debeat intelligi in patre ne potis qui decessit hereditate aui non adita,nec repudiata. Sed caue quia nec iste casus procedit sine difficultate. nam aut pater nepotis decessit intra annum datum ad deliberandum:⁊ tūc he reditatem aui non aditam transmisit ad quoscunqʒ beneficio iu ris deliberandi.per.l.cū antiquioribus.j.de iu.deliberā. Aut de cessit elapso iam anno ad deliberandum:⁊ tunc cum iste pater ne potis esset in potestate aui,vt predixi,ergo erat suus heres auo. ergo hereditatem aui,licet non aditam,ex potētia suitatis trans misit ad quoscunqʒ.l.apud hostes.j.de suis ⁊ legi.declaraui in.l. emancipata.§.qui admit.ergo si nepos non vult hereditatem pa tris,non habebit etiā hereditatē aui de iure pretorio: quia q erit heres patris,habebit etiam hereditatem aui transmissam ex po tentia suitatis,⁊ sic heres patris in quē transmittitur hereditas aui ex potētia suitatis,excludet nepotē etiā de iure pretorio. Istā difficultatem tāgam in vltima particula prime partis gl.prime. Istis sic premissis licet Cy.⁊ Ange. diuidant istam.l.in duas partes.tu diuide melius fm Bal.⁊ Salic.in.ij. In prima poni tur thema,ex quo elicitur tacita questio. In scđa ponitur respon sio negatiua attento iure ciuili. In tertia ponitur responsio affir matiua attento iure pretorio.secunda ibi:mortui aui.tertia ibi: nisi per bonorum pos. 38 † Nota tex.in verbo suscipere,quod importat non quidem ap prehensionem nude possessionis, imo acquisitionem dominij.et hoc ideo q2 a dicitur vniuersitati seu quote bonorū:vt hic.⁊.l.cuz mota.⁊ ibi Bar.in.ij.col.⁊ Moder.not.C.de trāsac.Bar.in.l.fi. ff.de condi.ob cau.secus si adijceretur certe rei vel speciei:tūc nō importaret translationē dominij:text.est in.l. naturalis.§.j.⁊ ibi Bart.no.ff.de pscri.ṽ.Bar.in.l.j.ff.de re.per.dixi in.d.l.cū mota. 39 † Scđo not.in verbo facultates.qđ idē importat φ heredita tem,seu vniuersalem successionem:ideo si testator dicat,relinquo titio facultates meas,intelligit̄ eū heredē instituere:facit.l. cogi. in princi.in verbo facultates.ff.ad tre.no.p Bar.in.l.si cōstante.

40 in prin. in.ij.oppo post glos.ibi.ff.solu.ma. † Tertio pondera vbū puenerit:qđ directā successionē de iure proprio importat,nō aūt obliquā seu fideicōmissariam.aliqñ tñ stat oblique.l.heredes mei.§.cū ita.⁊.l.heredib⁹.§.fi.ff.ad tre.⁊ in.l.hereditat.§.j.de here. insti.ideo indicat̄ verbū commune fm Bart.in.l.cēturio.in penul. col.in fi.ff.de vulg.⁊ pup.⁊ notabiliter Bald.in.l.fi.C.de sac.san. eccle.in vlti.col.per Inno.⁊ Cano.in.c.raynuti⁹.vbi text.⁊ gloss. de testa.Barto.in.l.lucius.in.ij.q.princi.⁊ ibi Bald.ff.de vulga. ⁊ pupil.Bald.in.l.iam hoc iure.§.ij.eo.ti.⁊ in repetitione.c.si pa ter.in.xv.col.de testa.in.vj. Alexā.in consi.lvij.in.ij.vo.inci. Pro spectis.in.ij.col.⁊ in consi.clxxj.in.ij.volu.incip.circa primum du bium.in penulti.col.⁊ in consi.clxxj.in.ij.volu. Uiso processu cau se vertentis inter dominam Antoniam.⁊ in consi.xxxvj.in.iij.vo lu.incipien. Uiso themate super quo dubitari cōtingit. Glos. in verbo negat:pro cuius intellectu debes scire,φ Accursius gl. inuenit super hac.l.glo.Jo.cremonensis,⁊ eā posuit de verbo ad verbū.postea inuenit glo.vgoli.⁊ eam posuit de verbo ad verbū. ideo glo.in.ij.parte repetit aliqua ex dictis in prima.⁊ ideo secun dum oēs ista glo.diuiditur in duas partes princi. In prima po nitur glo.Jo.cremo. In scđa ponitur gloss.vgolini.scđa ibi.item ideo dicit maxime. Expedio primo glo.Jo.⁊ illa fm Bart.et Angel.subdiuidit in quatuor particulas. Sʒ tu subtilius subdi uide in septē particulas. In prima opponit ɔtra tex. Inquantū videtur velle φ negando se heredē inducatur repudiatio.⁊ fatet̄ contrariū:subaudiendo ad tex. In scđa que est ibi.qñqʒ tñ ponit vnū dictū. In tertia que est ibi:si ergo ponas.glo.enumerat tres casus in quibus procedit ista.l.quorum duo primi sunt indubita ti:quando vterqʒ fuisset emancipatus,vel nepos tantū. Terti⁹ aūt casus est congruus ⁊ dubitabilis:qñ vterqʒ erat in potestate.⁊ q pater proximior,nepos de iure ciuili excluditur. In quarta que est ibi nisi in duobus casibus,glo.opponit contra vltimū casum, quod q̄uis filius in potestate precedat,tamen nepos de iure ci uili succedit auo.⁊ allegat tres.l.quarum prima.s.l.fi.ff.de condi insti.ponit vnū casum.aliū casum ponūt alie due.ll.in glo.allega. ⁊ respondet glo.qđ fallit in illis duabus. Dic melius.quod ista.l. procedit quādo auus est mortuus ab intestato:⁊ tunc cum pater precedat,nunq̄ nepos de iure ciuili ex propria persona succedit auo.sed.ll.alleg.in gloss.loquūtur qñ auus decessit condito testa mento.quo casu licet pater precedat nepotem,tamen ex testamen to i duobus casibus nepos potest succedere auo. Primus est quā do pater fuit institutus ab auo,sub conditione potestatiua:q non poterat per eum impleri vltimo vite spiritu, puta instituit eum si iuerit Mediolanum.nam si non impleuit,quia stetit per eum, excluditur pater:⁊ nepos potest auo succedere.l.fina.ff.de condi. insti. Alius casus est quando auus in testamento exheredauit fi lium,nepotem preterijt,⁊ instituit extraneum.nam si post auum moriatur filius exheredatus:deinde scriptus heres repudiet:cer te nepos qui tempore destituti testamenti reperit se proximiorem succedit tanq̄ suus auo.l.scripto.ff.vnde libe.⁊.l.j.§.sciendum.ff. de suis ⁊ leg.⁊ istis duobus casibus Bart.addit alium casum in l.intestato.ff.de suis ⁊ legi.⁊ corrupt⁹ Bar.q2 illa.l.nō reperitur sed debuit alle.tex.expressum in.l.item pretor.§.fi.ff.de suis ⁊ leg. In quinta que est ibi.sed cū hodie.glo.etiā opponit φ ista.l.hodie procedere non possit,⁊ fatetur verū esse.⁊ sic qđ hodie ista.l.sit cor recta.⁊ istud idem repetit glo.j.ponendo glo.vgolini. In sexta q̄ est ibi,etsi poneres fiiū.gl.addit quartum casum,in quo ista.l.pro cedere nō posset:⁊ bene dicit. In septima ⁊ vltima que est ibi.sʒ in eo qđ dicit.que est magis difficilis ⁊ obscura φ relique glo.op ponit contra illud qđ iste tex.innuit a cōtrario sensu,dum innuit qđ si nepos non negaret se heredē patris.quod tunc posset habe re hereditatem aui,de iure ciuili:istud videtur falsum a partibus sufficienter enumeratis:vt in gloss.⁊ sic videtur φ negare vel non negare se heredē patris nihil facit.rñdet ponendo duos casus:in quibus fm Jo.non negando se heredē patris,haberet heredita tem aui de iure ciuili. Et caue dum glos.dicit.atein in eo qđ dicit negat.f.bʒ duos primos casus:dic qđ illi duo casus vere continēt tres:q2 sunt tres casus in quib⁹ gloss.§.dixit hanc.l.pcedere pos se. Redeo ad primā partē glo.pro cuius pleniori intelligentia 41 reassumo articulum dubium qui valde disputabilis est. † Nun quid p ista vba nego me heredē,vel nolo esse heres, vel nolo adi re,inducat̄ repudiatio hereditatis vel ne,⁊ quantū ad subauditio nē gl.p quā resoluat̄ pñs disputatio nō fuit necessaria.vt p Fulg. hic.in.ij.colum.quia dato φ per ista verba negat se heredē,nō in duceret̄ repudiatio:tñ donec stat in ista negatiōe,rebus sic se ha bentib⁹ nō posset ex psona patris habere hereditatē de iure ciui li:⁊ ɔsequēter est materia extrauagās a lege nostra:ideo pstringā articulum nec referam per alios scripta,sed addam vbi occurret. In isto ergo articulo reperio fuisse sex principales opini.quas habes relatas p.d. Alex.hic:referā duas pncipales.alias vide p te. Prima fuit sñia gloss.nostre φ non inducatur repudiatio idem tenent

idem tenet glo. et Bart. in. l. ij. §. de iur. et fac. igno. et Bart. in. fi. ff. de repu. here. et in. l. si quis suus. ff. de iure deli. tenuit Jac. bu. ut refert Bal. in. iij. col. Ang. et Pau. de cas. hic. Ange. in. l. facta. §. si in danda. ff. ad treb. Et dicunt Cy. Albe. Bal. et Ful. hic: quod ista opinio servatur de facto in palatijs. presertim in civitate Bonon. ¶ Pro qua opinione multa adduci possunt que late prosequitur Sali. hic. in. iij. colum. et quatuor sequentibus. et do. Alexã. post eum. Inter alia restringere videtur tex. in. l. nonnunquam. in prin. ff. de coll. bono. dum dicit sed benignior est diversa sententia maxime cum de bonis parentis inter fratres disputetur. concludendo quod etiam si agatur de hereditate extranei. per similia verba non inducitur repudiatio. et dicit Sali. hic. in. iij. col. quod per illum tex. presens questio decidit: et quid sit tenendum demonstratur. Ad illum tex. respondet dupliciter do. Alex. hic. ego aliter respondeo. secundum Rapha. cuma. in. l. si quis suus. in. ij. col. ff. de iure delibe. quod illa. l. nonnunquam. nil penitus facit. iuncto tex. qui declarat in. l. pretor. eo. titu. ff. de colla. bo. nam debes scire quod quando filius emancipatus est preteritus a patre in testamento, de iure civili est incognitus: sed de iure pretorio habet bonorum posses. contratabu. ad rumpendum testamentum. quo rupto habet unde liberi: sed pretor qui per hoc facit iniuriã filijs in potestate vult quod filius emancipatus contratabulans teneatur conferre bona propria cum filijs in potestate et propter hoc pretor fecit titu. de colla. bo. Modo attende quod filius emancipatus potest pure et statim contratabulare: sed tenetur cavere de conferendo. dicit text. notabilis in. d. l. pretor. in prin. Modo nunc in. d. l. nonnunquam. queritur pone filius emancipatus non vult cavere de conferendo, dicens se nolle conferre: nunquid per hoc repellitur. ab agnitione iam facta, cum eam facere possit antequam caveat. dicit tex. quosdam putare quod sic. iurisconsul. decidit quod benignior est contraria sententia. quod dummodo filius intra annũ prestet cautionẽ, non privatur successione pretoria. ille ergo annus statuitur emãcipato ad convincẽdũ eius contumaciam: inepte ergo allegatur ille tex. quod per illa verba nolo conferre, inducatur repudiatio: cum iam prius agnovisset bonorũ possessio. et iste est verus sensus illius tex. Preterea ille tex. loquitur in bonorum posses. contratabu. que est odiosa. quia datur cõtra voluntatem testatoris. ideo nimirum si facilius per illa verba nolo conferre, tollitur. ¶ Secundo principaliter adducitur tex. in. l. tutius. la. j. in prin. ff. de act. emp. ubi si legatarius legatum ad se pertinere noluisset: non per hec verba inducitur repudiatio legati. et Ludo. ro. hic multũ extollit illũ tex. dicẽs quod est sing. tex. pro decisione presentis articuli: et quod est de inventione sua nova: sed salva eius pace ante eum allegavit Sal. hic. et do. Alex. respõdet dupliciter. Ultra eũ dic clarius/quod ille tex. nihil penitus facit: eo quia loquitur in casu claro: cum iurisco n. ultra procedat dum dicit nec tamen liberasset heredẽ. ¶ Tertio adducitur tex. in. l. celsus. §. fi. cũ. l. seq. ff. de arbi. ubi per illa verba nolo accipere. non inducitur repudiatio. do. Alex. hic respõdet. Ego aliter respõdeo quod tex. ibi non dicit quod non inducatur repudiatio. Unde dico quod per illa verba nolo adire, inducitur repudiatio. sed põt mora purgari. alias. l. sequẽs que dicit quod põt eũ penitere, esset penitus de indubitabili si non induceretur repudiatio. ¶ Et tenẽdo istã partẽ quod per similia verba non inducatur repudiatio herereditatis: eã limita. quatuor notabilibus modis. ¶ Primo secundum Ang. hic, nisi post terminũ heredi assignatũ ad deliberãdũ respondendũ, respõderet se nolle adire, vel similia: tũc bene induceretur repudiatio hereditatis. ar. l. de etate. §. nihil. ff. de iter. act. et ita limita. d. l. filij mater. §. j. ff. ad tertul. Idem tenet Salice. Pau. de ca. Lud. ro. et do. Alex. hic. Et pro ista limitatione do. Alex. hic allegat tex. in. l. sed et si alio. in ver. plane. et ibi ad hoc in primo nota. Bar. et in. l. oẽs qui. et ibi etiã no. Bar. ff. ad trebel. et plenius Bar. et ibi Pau. de ca. in. l. si qs suus. ff. de iure delib. et in. d. l. filij mater. §. j. Et ista iura ad hoc allegat ipsemet Ang. in repe. hui9. l. in. iij. col. Facit quod per ista iura vult Bar. in l. gerit. in. iij. col. ff. de acqui. here. quod licet per ista verba volo adire non inducatur aditio. ut per gl. in. l. servi electione. in prin. ff. de leg. j. tñ si ista verba proferantur post terminũ datũ ad delibe. tunc bene inducitur aditio: quia aditio et repudiatio hisdem passibus ambulant: ut ibi per Bart. et. l. is põt. ff. de acqui. here. et. l. nec is in princ. eo. tit. Facit etiam. quod per ista iura dicit Bart. in. l. servi electione. in prin. ff. de leg. j. quod licet per ista verba volo eligere talẽ rẽ, non inducatur electio: ut ibi est glo. tamẽ si post terminũ datum ad deliberandũ dicere volo eligere talẽ rem: tunc inducitur aditio. Sed tu adverte quod ille leges notate ad hoc per Bart. et allegate per do. Alex. nihil cõcludenter probãt. quia nihil loquũtur de repudiatione: sed bene declarant quando heres gravatus restituere hereditatẽ dicatur cõpulsus adire, et quando non: et distingunt an assignatus sit terminus ad adeundum vel non: et ita in proposito nihil faciunt. prout expresse declarat Bald. a quo didici in. l. fi. §. cum igitur. in. ij. col. j. de iure delib. et ipsemet do. Alex. ad hoc postea perpendens fatetur alibi quod ille leges nihil probant in proposito. in. l. recusare. §. si quis alio. ff. ad treb. ubi simul legit dictum versi. plane tamen ex mente Bar. illi text. sic inducũtur: quia si per illa verba dico hereditatem mihi non expedire, vel hereditatẽ suspectã post terminũ datũ ad deliberãdũ inducitur repudiatio hereditatis: quãto magis per ista verba nolo adire, cũ lapsu termini ad deliberãdũ respondendũ. Sed re vera illi tex. de repudiatione nihil urgenter probant. ¶ Secundo limitat signanter Pau. de ca. hic. et in. d. l. si quis suus. ff. de iure delib. nisi post talia verba sint elapsi tres menses: quia talia verba concursu trium mensium sequentiũ bene inducunt repudiationes hereditatis. per. text. in l. fi. §. similiqz modo. iuncta glo. ibi in verbo mensiũ. et ibi Bar. j. de iure delibe. Facit bene quod per illum text. dicit Bar. in. l. gerit. in. iij. col. ff. de acqui. here. quod licet per ista verba volo adire heredẽtatẽ: non inducatur aditio. ut per glo. in. l. servi electione in prin. ff. de leg. j. tamẽ si post prolata dicta verba cõcurrerent tres menses induceretur aditio. de hoc dicit esse casum sing. in. d. l. fi. §. similiqz modo qui licet loquatur in repudiatione tamen idem est in aditione. Et hic adde Bar. in. l. filij mater. §. j. ff. ad tertul. et Ludo. roma. hic. In hoc omitto quod do. Alex. põderat aliquos velle cõtrariũ. Sed ultra eum ego dico quod. d. §. similiqz modo. nihil penitus facit/ut ibi expresse declarat Bal. in. j. col. et etiã Sali. et ipsemet do. Alex. alibi de hoc perpendens fatetur quod ille text. nihil facit/scz in. d. l. recusare. §. si quis alio. nam ille tex. loquitur quando heres expresse renuntiavit hereditati. nam dicit ibi text. quod heres qui putat hereditatẽ esse damnosam, intra spatiũ triũ mẽsium assignatum ad conficiendum inventarium, debet repudiare hereditatẽ: et erit alienus: et sic loquitur in repudiatione clara. ¶ Tertio limitat notabiliter Salice. hoc non procedere si adijceretur dictio amplius: ut quia diceret nolo amplius adire vel nolo amplius esse heres: tunc bene induceretur repudiatio. allegat ad hoc glo. in. l. postquam liti. quã etiam Salice. ibi ad hoc not. C. de pac. et idem Salice. in. l. accusationẽ. C. q accu. non pos. ¶ Quarto mirabiliter limitat Salice. hic, et simpliciter refert et sequitur do. Alexã. ut predicta conclusio non procedat quando talia verba proferentur in futurum: ut si diceretur non adibo. allegat text. in. l. unus. §. j. in verbo neget se aditurum. ff. quib9 ex cau. in possess. eatur. et in. l. j. ff. de cur. bo. dã. Ego in contrarium pondero quod non sit differentia quod talia verba proferantur in futurum, an de presenti cũ infinito. habes duos tex. simul iunctos. l. si is qui in pnc. ff. de inof. testa. iũcta. l. si maritus. scda. §. si negaverint. ff. de adul. ¶ Scda principalis fuit opi. subtiliũ ultramõ. quod imo per talia verba inducatur repudiatio hereditatis: et ita tenent Ja. de are. Pe. Cy. Ray. Alberi. et Fulgo. hic. et Pet. Cy. et Bald. et Fulg. in. l. ij. C. de iuris et fac. igno. et Bartol. met. sibi contrarius in. d. l. filij mater. §. j. ff. ad tertul. Et istam ego teneo. Et pro ea inevitabiliter stringit textus. in. d. l. filij mater. §. j. multipliciter ponderãdo per Moder. dum dicit antequam cõsanguineus vel agnatus adierit. ergo per illa verba filij negãtis se heredẽ matris, fuit inducta repudiatio: aliter sequẽs agnat9 non potuisset adire. l. ij. §. si mr hereditatẽ. el primo. in ver. sed si mater. e. tit. ff. ad tertul. et. l. ig. ff. de acq. here. et sic ad. l. filij mater. §. j. iũcta cũ. d. §. si. mater. multũ stringũt. Et si dicatur si ibi filius repudiasset non habuisset locũ penitentia. l. ij. C. de. iur. et fac. igno. Responde quod speciale est in filio propter verba senatuscon. extensiva, quod habet locum penitentia usqz ad annũ. d. l. filij mater. §. j. sed in. d. l. ij. ideo non habet locũ penitentia quia erat elapsus annus: ut probat ibi tex. in verbo sera prece. et ibi glo. in. ij. sol. et doc. Item si per illa verba non fuisset inducta repudiatio, filius per senatuscõ. potuisset de iure civili perpetuo usqz ad. xxx. annos adire: quia tanto tempore durat facultas adeundi de iure civili. l. licet. j. de iure deliberan. et tamen tex. ibi dicit quod non est licita penitentia nisi usqz ad annum: quia bonorum posses. filij annalis est. Pondera etiam quia alias tex. non bene diceret mutata voluntate et penitentia. si verum esset quod per talia verba non repudiasset: quia si non repudiaverat non mutasset voluntatem. Pro certo text. ille fortissime stringit. Licet Salice. hic. in. vj. colum. dicat quod illa verba antequam agnatus adierit. sunt verba legis enuntiativa: que non disponunt: et ad hoc ultimum domi. Alexan. hic addit. capitul. si papa. de privilegijs in. vj. per quẽ tex. ita consulunt Federi. in consil. xxxviij. incipien. Uiso puncto. domi. Anto. et Imo. in. cap. cum apostolica. de his que fiunt a prela. Miror quod non allegaverit Bar. in. l. extat. in ultima colum. ff. quod metus causa. dicentem quod verba text. ibi ius crediti non habebit. sunt verba legis enuntiativa, que non disponunt. Poterat etiam alleg. glossi. not. ad hoc in. c. ij. in verbo. non teneris. de dolo et cõtu. lib. vj. firmat etiã Lu. roma. in consi. cxcj. incip. Spectabilis domine mi. Alex. in consi. lxxxiij. in. iij. vol. incip. Uiso processu cause vertentis inter universitatem. in pe. col. ad fi. Ludo. ro. in. l. iij. §. cato. in. vj. col. ff. de verbo. obli. Salice. in. l. accusationis. C. qui accusa. non pos. Tamen ego pondero Bar. in contrarium ad hoc. hactenus non ab

legatum in.l.conficiunt.§.j.ff.de iure codi.dicentē q̄ sicut verba enūtiatiua prolata a testatore disponunt.l.ex his verbis.vbi dicitur.j.de test.mili.ita verba enuntiatiua principis vel legislatoris. Poterat congruentius respondere Salic.quod illa erant verba narratiua facti,que non possunt ponderari ad decisionē iuris,vt est gloss.in.l.vnica.in.iij.lec.et ibi multa dixi.s.quādo nō.pe.par. Sed vt ibi dixi,neutra solutio posset stare:cū illa v̄ba sint principaliter plata,seu inferāt ad rē de qua ꝓncipal'r agit:cum ostēdāt q̄ nisi res sit integra non potest filius mutare voluntatem.ergo talia verba licet enuntiatiua inducunt dispositionem.vt cle.j.et ibi glossa antepenu.de proba.et expresse declarat Imola in.d.c. cum apostolica. Alexan.hic.Sed ad hoc potes dicere q̄ dictio illa iurisconsulti non fundatur in hoc an agnatus nō adierit:sed q2 verba senatuscon.sunt suspensiua si nemo adierit:et sic tex.ibi principaliter se fundat in natura verborū suspensiuorum.et pondera q̄ tex.vbi geminā facit mentionē q2 extensiua sunt. Primo in propositione questionis.Secundo in eius decisione.sed de illis verbis antequā consanguineus vl' agnatus adierit,quamuis faciat mentionem in narratione facti:tamen postea non facit mētionem in decisione. et sic non videtur se fundasse in illis prout facit in istis:quia suspensiua sunt.Sed caue quia isto modo illa verba antequaꝫ agnatus vel cōsanguineus adierit,essent superflua et sine virtute aliquid operandi:contra.§.quibus.in prima consti.C.et.l.si quando.in princi.ff.de lega.j.et isto casu certe operātur:vt patet ibi:et in.l.fi.C.de repu.here. Item aduerte q2 non tolluntur alie inductiones de illo text.s.facte:imo etiam in.l.gerit. ff.de acqui.here.respondebat sub dubio forte/q̄ in illa.l.filij mater.illa verba erant deliberate prolata.ideo repudiationem inducunt.Sed istud est sommare ad illum tex.qui proculdubio est inevitabilis.¶ Ad idem facit.l.j.§.qui semel.et.§.quibus.ff.de suc. edic.et.l.si res aliena.§.j.ff.ad treb.et.l.in plurium.in fi.ff.de acqui.he.et.l.iij.§.si is cui⁹.in prin.ff.de sepul.vio.et.l.j.§.si nemo.ff.ad tertul.et.l.si is qui.in princi.ff.de inoffi.testa.et.l.pinde.§.j.ff.si cer.peta.et.l.si maritus.in.ij.§.si negauerint.ff.de adu. Nec est bona sol. Salice.hic dicentis ꝙ in dictis iuribus fuerūt verba.l.loquentis in casu certo:q2 sic posset dici ꝙ etiam iura allega.pro contraria parte nihil probarent:et tamen doc.inferunt ex verbis.l.ad verba hominis.¶ Ad idem facit ista.l.nihil subaudiendo vt facit glo.licet posses respondere ex mente Fulg.prout dixi.s.in princi. huius articuli.¶ Ad idem text.in.l. si seruum.§.si quis suus.in v̄bo retinere hereditatē nolle.ff.de acq.here.¶ Ad idē facit,q2 per ista verba volo esset heres.[a] vel volo hereditatē,inducitur aditio:vt probatur in.l.iā dubitari.in fin.ff.de here.insti.et in.l.apud aufidiū.ff.de op.leg.per que iura tenet Barto.in.d.l.gerit. in.iij. col.et habetur plenius in.d.l.serui electione.in princ.ff.de lega.j. ergo similiter per ista verba nolo esse heres,debet induci repudiatio:cum a pari procedant aditio et repudiatio.l.is potest.et.l.nec is.in prin.ff.de acq.here.§.fi.insti.de here.quali.et dif.quicquid dicat Bal.in.l.potuit.in.v.q.j.de iure delib.q̄ non semper a pari procedant aditio et repudiatio/vt ibi per eū.¶ Et ista est vera sententia,in puncto iuris et infinitis iuribus fundata.nec in cōtrariū est aliquis tex.qui multū vrgeat:vt patet ex responsionib⁹.s.datis ad allegata in oppositū. Non obstat si subtiliter diceres ꝙ talia verba necessario nō inferūt repudiationē.q2 ita respōdens forte deliberat prout opponebat Sali.hic in.iij.colum.q2 respondeo q̄ imo necessario inducunt repudiationē,per iura proxime allega.nō quidē ex ꝓpria significatione grāmaticali:q2 etiā competunt deliberanti:sed ex iuris presumptione:secūdū Cy.hic Alb.et Fulg. Ita cōcludo reiecta distinctione Bal.qui tenet q̄ inducatur repudiatio cōmutabilis:sed nō incōmutabilis.nam istud est contra.d.l.filij.§.j.vbi est speciale in filio quod talis repudiatio sit cōmutabilis.vt etiā dicit Fulgo.hic.in.ij.col. Reijcio etiam distinctionē Sali.hic satis verbosam:q dicit in effectu ꝙ aut negatiua est posita post volūtatē,vt q2 dico volo nō esse heres,vel volo non adire:et tūc importat repudiationē irreuocabilē:ex q° ꝯstat volūtatē adesse,vt est glo.in.l.ij.§.q̄ obseruari.in glo.j.C.de iura.calum. Et probatur scdm eum in.l.in plurium.ff.de acqui.here.vbi per illa verba neutrā hereditatem ad se velle pertinere, inducitur repudiatio.Et ita etiā tenet Sali.in.l.accusationē.C.qui accu.non pos.si aūt negatio est preposita:vt nolo,vel non volo adire hereditatē,et tunc non inducit' repudiatio ante annum.per.d.l.nōnunꝗ. ff.de colla.bo.cum simi. Nō etiam satisfacit distinctio.quā hic tradit Ludo.ro.qui distinguit,quod si talia verba proferuntur post tempus datum ad deliberandū,tunc repudiationē inducunt.per tex.in.l.sed et si alio.§.plane.ff.ad treb.quem tex.ostendi.s.nil probare. Aut sunt prolata ad interrogationem partis,et idem. Aut simpliciter.et tunc cum lapsu trium mensium.est idē.per tex.in.l. fi.§.similiꝗ modo.j.de iure delib.quē tex.etiam.s.ostēdi nil probare. Non etiaꝫ placet distinctio do. Alex.hic distinguētis inter verbum nolo,et verbū non [b] volo. Unde teneo indistincte q̄ per talia verba inducatur repudiatio:presertim per tex.in concussum in.d.l.filij mater.§.j.cui non cadit responsum. Et si placet distinctio do. Alexan.erit vna limitatio ad istam conclusionē. Et ita est expedita prima pars gloss. Sequentes paticule vsꝗ ad septimā sunt clare/dic vt dixi in diuisione.¶ In septima et vltima particula gl.ibi,sed in eo q̄ dicit negat:dic quod solu.Ioā.non potest procedere:quia si fuisset adita hereditas aui per patrem nepotis, et sic effectū vnum patrimonium.non diceretur amplius hereditas aui:nec posset ꝓcedere ista.l.vt declaraui.s.in euidētialibus. Tamen glo.voluit ad hoc respondere/ꝙ heres heredis testatoris seu primi defuncti dicitur heres.l.fin.C.de heredi.insti. Preterea fm Bartol.et doct.responsio glo.esset extra casum.l.nostre. que loquitur quando nepos non agnouit hereditatē patris. Tu dic q̄ impossibile est ꝙ ista.l.intelligatur quādo pater adiuit hereditatem aui. Et hoc per fundamētū gloss.q2 esset effectū vnum patrimonium realiter.l.sed si plures.§.filio.ff.de vulg.et pupil. et sic non posset tunc procedere ista.l.quia non posset separari vna hereditas ab alia.l.ij.ff.de acqui.here.et.l.quidam eulogio.j.de iure delibe. Unde responde melius fm docto.quod in arg.glo.partes non fuerunt sufficienter enumerate:inquātum dicitur q̄ aut pater nepotis adiuit hereditatē aui,aut repudiauit.nam est dare alium casum quando decessit deliberans,hereditate aui nec adita nec repudiata.quo casu verbū negat,in tex.positum importat ministerium iuris:q2 pater deliberans transmittit hereditatem aui non aditā vel ex iure deliberandi,vel ex potētia suitatis:et ita transmitteret ad nepotē si non negasset se heredem patris. Et refert Cy.hic in scda oppositione in fi. Jaco.de are.dicere quod aliter non posset defendi ista.l.per oēs docto.mundi quotquot sunt vsꝗ Paris⁹.¶ Cōtra istā cōeꝫ sol.duo fortiter obstant. Primo obstat/q2 si nepos non vult esse heres patris:ergo alius qui erat heres patris ad quē transmittitur etiaꝫ hereditas aui non adita/vel iure delib.vel ex potentia suitatis/impediet nepotem succedere auo etiam iure pretorio:et sic sicut pater si viueret excluderet nepotem.ita heres patris ad quem ex potentia suitatis transmittitur hereditas adita.que videtur illi annexa.per textū.in.l.hereditate.§.j.ad finē.ff.de castren.peculio.et.l.ij.§.si quis ex liberis. ff.ad tertul.et.l.j.§.ibidē.ff.de colla.bono.et ponit Bar.in.l.si fili⁹ heres.ff.de lib.et posthu.et in.l.si quis filiumfa.§.j.circa fi.ff.d acq. here.in ista difficultate varie dātur solutiones et varij intellectus ad istam.l.in primis huic difficultati respondent Jacob⁹ de are. Cyn.Bart et communiter docto.ꝙ verum est contrariū:et quod ista lex debet intelligi quando heres patris,in quē facta est transmissio hereditatis aui,noluit hereditatem aui:procedit ista.l. q̄ nepos de iure pretorio admittatur:sed si heres patris voluisset habere ex transmissione,exclusisset nepotē,et non haberet locum ista.l. Idem quando heres patris esset exclusus tempore.d.l.cuꝫ antiquioribus.et.l.licet.C.de iure delib.fm Bal.hic.vel quando nullus esset heres patris,fm Guil.de cu.vt hic refert Bal. Ista cōmunis solutio non placet vllo modo. Primo quia nimium diuinat. Scdo quia q̄ deterius est,nimiū restringit' ista lex.vt non possit procedere nisi quando heres patris noluit hereditatem aui,ad se transmissam ex suitate:quod etiam nō est in dubio presumendum. Tamen potes dicere q̄ satis est quod verbū negat, positum in text.possit aliquo casu quocunꝗ modo eueniat aliquod mysterium iuris importare. Item ad illud de transmissione per ius deliberādi,et sic per.d.l.cuꝫ antiquioribus. potest dici q̄ cum illa sit posterior et nouior,ista lex nō potest declarari per illam. Item potest esse q̄ hic pater decessit ignorans hereditatem aui.et sic de ea non deliberabat:sed iste sunt diuinationes. ¶ Addo etiam quod Bar.in.l.si quis filiūfa.§.j.in fi.ff.de acq. heredi.dat alium intellectum ad istum text.q̄ debeat intelligi quando filius ab hereditate paterna erat penitus exclusus vnde eam non poterat trāsmittere.et sic Barto.voluit intelligere text. quando pater repudiauit.et isto modo esset in totum exclusus q̄ an possit ꝓcedere dixi.s.in euidentialibus.et ibi tenui q̄ non.

42 Et etiam est diuinare ad istum textum.† Idcirco Bald. hic in iiij.colum.dicit quod alias in scholis in discursu lectionum tenebat et solebat dicere,quod regula que habet filius hereditatem patris non aditam transmittit ex potentia suitatis ad quoscunꝗ:fallit in casu istius.l.quando superest nepos,qui negat se heredē patris:quia ad ipsum nepotē transmittit' duplici iure, suitatis,et sanguinis:per.l.vnicā.C.de his qui ante aper.tabu. Et idē visa est velle glo.in.l.si quis filiūfa.§.j.in ver.abstinere.ff. de acquiren.heredi. Tamen illa glos.communiter reprobatur ibi. Et ita est cōtra Bal.tenent Sali. Fulg. Pau.de ca. Ludo.ro.et do. Alex.hic.q2 ex quo nepos negat se heredem patris:certe non potest transmissio fieri ab ipso patre in nepotem repudiantem hereditatem patris.d.l.vnica. Et propterea Bal.met se correxit in.l.ij.in.j.colum.ad fin.C.ad orfi. Secundo aliud obstat huic solutioni:quia cum in ista.l.nepos esset emancipatus,et per consequens

a ¶ Uolo esse heres. Adde Bar.i.l. pāphilo.in §.ꝓpositū.a d le.iij.pau. de ca.ꝯsi.clxxviij.ici.fundamētū ꝑfati domini vicarij.

b ¶ Uerbuꝫ nolo.et v̄bū nō volo.adde q̄d importāt ista v̄ba simul plata vis bal.in.l. q̄dā eulogio i.ij.colū.C. de iur.dlib.

cõsequens incognitus de iure ciuili: quomodo pater potuisset in
eã trãsmittere hereditatẽ aui de iure ciuili: q2 quo iure succedit
patri, eodẽ iure succedit auo. l. ij. cũ glo. ff. de pe. here. Nisi pre
supponeres aliã diuinationẽ ad tex. qđ pater fecisset testm̃. q2 bñ
ex testamẽto nepos emãcipatus est cognitus de iure ciuili. vt de
claraui in tex. q̃uis aliter inter dentes respondet Ang. hic: in re
pe. in. iij. col. reputãs no. dig. Sed nescio intelligere qđ velit An
43 ge. ¶ † Quid teneñ. ista est alta difficultas q̃ multũ me turbat in
intellectu hui⁹ tex. q2 durũ est rñdere, si pater nepotis decessit he
reditate nõ adita nec repudiata: et sic deliberans: si nepos nolit
esse heres patris, quare ali⁹ heres patris ad quẽ trãsmittit̃ here
ditas adita ex potentia suitatis non impediat nepotẽ etiã de iu
re p̃torio succedere auo. Et fateri hoc esse verũ: vt oẽs dicũt esset
penitus destruere hanc. l. dicere quod hic heres patris noluit ex
transmissione habere hereditatem aui: ideo nepos venit quem
exclusisset heres patris si voluisset: fatua & vana redderet̃ ista. l.
hoc modo. ¶ Ideo cogitabã posse defendi solutionem Bald. s3
nõ illo modo quo ipse dicit: q2 puto q̇ male loquatur, & bñ repre
hendat a doctoribus: vt prediri. Uñ nõ dico put dicit Bald. q̇
pater trãsmittat ad ipsũ nepotẽ ex potẽtia suitatis & sanguinis,
nam hoc puto male dicitur: ex quo nepos repudiat hereditatẽ pa
tris: sed bene dico aliud, q̇ regula que habet q̇ hereditas nõ adi
ta ex potẽtia suitatis transmittit̃ ad quoscunq3, posito q̇ sit vera,
q2 magis cõiter tenet̃: vt dicã in. l. si infanti. j. de iur. deli. vel trans
mittit̃ intra annum de iure delib. debet singulariter limitari per
istam. l. nisi supersit nepos in potestate vel emancipatus: q2 impe
dit transmissionẽ hereditatis fieri ad alios: & ipse nepos admit
tit̃ nõ de iure trãsmissionis: vt dicit Bal. sed de equitate p̃toria:
cõsyderãte: q̇ hec duo cõcurrũt, q̇ filius q̃uis in ptãte & suus,
tñ h3 a iure pretorio beneficiũ abstinẽdi. itẽ etiã q̇ mortuus est: &
p̃pterea nepos admittit̃. & ita tex. huius. l. redditur sing. & limita
bit regulas p̃dictas. Nec aliquid obstabit nisi earũ generalitas,
cũ sufficiat habere regulam p se. & q vult allegare falleñ. vel excep
tionẽ d3 eã pbare: vt inqt Bart. in. l. ij. in. j. col. ff. si qs in ius vo.
nõ ierit. & in. l. quoties. ff. si qs cau. Bal. in. l. si tutor. in fi. C. de ser.
pigno. da. ma. & i ca. j. in. iij. col. de alie. iu. mu. cã. fac. & est tex. i. l.
suus quoq3. §. puto. ff. de here. insti. & in. l. ab ea parte. ff. de proba.
& in ca. ad decimas. de restit. spo. in. vj. & in cap. venerabilibus. §.
põt quoq3. de sen. excom. in. vj. Sed potes dicere q̇ ista fallentia
satis expresse probet̃ per hunc tex. al's non video quomodo vnq̃
in eternũ defenderetur ista. l. Ad istã opi. meã adde q̇ eã etia3 te
net Albe. de ros. hic in pe. colum. in versi. vlti. ex hac. l. colligũtur
plura argumenta &c. vt retuli in. iiij. charta in pñ. sed hic d3 esse.
Adde etiam q̇ istud est qđ vult proprie gl. relata ad tex. in. d. l.
si qs filiumfa. §. j. in verbo abstinere. ff. de acqui here. & ibi Raph.
cu. dicit q̇ ista opi. põt defendi: q2 casus est in ista. l. q se patris. et
per rationez: q2 de iure p̃torio defert̃ ista hereditas aui nepoti ex
successorio edicto, ex quo pater eã nõ petiit: et dat̃ nepoti bonorũ
possessio vnde liberi. vnde licet alius vocet̃ de iure ciuili vigore
transmissionis: tamen equitas dictat q̇ ipse nepos p̃ferat̃. et ita
intelligit̃ ista. l. fm eum. Sed contra istã opi. põdero tex. in. l. ij. §.
sed si sint sui. & §. si quis ex liberis. in verbo si nõ suus patri agna
scitur. ff. ad tertul. vbi pter transmissionem que fit vigore suita
tis excludit̃ mater a successione filij: tunc arguit̃ sic. magis debe
tur in illis. ll. hereditas filij matri, quã in. ista. l. hereditas aui ne
a poti: patet q2 mater admittit̃ [a] ad successionez filij de iure ciuili
per senatusconsultũ orficianũ: item & de iure p̃torio. l. ij. §. fi. ff. vn
de leg. sed nepos in ista. l. nõ poterat venire ad succes. aui de iure
ciuili, cũ pater eum p̃cederet in gradu. §. ita tamen. insti. de here.
q̃ ab intesta. & l. si quis posthumos. §. j. ff. de libe. & posthu. si ergo
ex transmissione que fit ex potentia suitatis mater excluditur, et
mater non põt impedire talẽ transmissionem, ergo multominus
poterit in ista. l. nepos. Et per hoc apparet q̇ simile quod addu
cit Albe. hic de tacita substitutione que non excludit matrẽ, non
est donũ: qđ trahitur ad nepotẽ respectu aui in ista. l. cum minus
iuris habeat. Ad cõfirmationẽ predictorũ facit. nã illud dicit̃ for
tius deberi, qđ duplici iure debet̃, q̃ illud qđ vno. l. scripto. in fi.
ff. vsu. libe. q2 duo vincula magis ligant quã vnũ. in aut. de cõsan.
& vter. fra. in principi. autenti. ita q3. C. comunia de suc. sed matri
debet̃ duplici iure: igit̃ &c. Facit etiã q2 mater respectu filij dicit̃
b ibi in p̃mo gradu. [b] s3 hic nepos respectu aui d2 in scđo. Et quã
uis vbi simul cõcurrerent ad vnã successionẽ, nepos excluderet
matrẽ, q2 omnes descendentes excludunt ascendẽtes. §. j. in aut.
de here. ab intesta. tamen loquendo in istis diuersis hereditatib⁹,
certe mater in hereditate filij dicitur habere plus iur. quia est in
primo gradu: & q2 duplici iure venire potest, vt p̃dixi, q̃ in ista. l.
habeat nepos emancipat⁹ respectu aui: cũ sit ei in scđo gradu, &
solũ iure p̃torio venire possit. Ad idẽ videt̃ aliquid facere. l. vni
ca. C. de his qui ante aper. tab. vbi alij fratres nõ impediũt trans
missionẽ. ¶ Redeũdo ad contrariũ gl. addo q̇ alio modo & val
de subtiliter respondebat Raph. ful. hic q̇ verbũ negat, in tex.
positũ. importare põt mysteriũ iuris intelligendo q̇ pater nepo
tis repudiasset hereditatẽ aui. Nã sicut ipse pater si viueret pos
set abstensionẽ suã intra triennium reuocare. l. fi. C. de repu. here,
ita eodẽ modo nepos, si nõ negasset se heredẽ patris potuisset ex
persona patris abstensionẽ reuocare. Quod dictũ est bene solen
ne: qđ facultas cõcessa filio reuocãdi abstensionez ab hereditate
patris, transmittat̃ & trãseat ad nepotẽ heredẽ patris. Idẽ tenet
Ludo. ro. hic, per text. in. l. cũ antiquioribus. iuncta glos. in ver.
precipua. j. de iure delibe. vbi certe istud non dicit̃. nam bene ibi
dicitur in gl qđ ipse suus posset reuocare abstẽsionem: sed de eius
herede verbũ nullũ: allegat etiã quedam alia que nihil faciũt fm
do. Alex. hic. Contrariũ tenet Ange. in. l. vẽtre. ff. de acqui here.
et ibidẽ Ioã. de imo. in. xvij. col. & ibi Ludo. ro. sibi 3trarius, do.
Alexã. hic. q2 sequeret̃ q̇ hereditas patris a qua filius se absti
nuit transmitteret̃ in effectu. qđ est contra. l. vnicã. in verbo si ta
men hereditatẽ nõ recusant. C. de his q̃ ante aper. tabu. Ad hoc
etiã addit quasdã põderationes Bar. domi. Alexã. vide per te.
44 ¶ † Pro ista parte facit: q2 regulariter priuilegiũ personale cõ
cessum a. l. non transit ad heredes. l. j. in fi. & ibi Bar. ff. de consti.
prin. & l. q2 tale. vbi Bar. & doc. ff. solu. matri. & non solũ non tran
sit ad heredes extraneos: sed nec etiã ad suos. l. nõ solũ. §. si puel
le. iuncta glos. in verbo simplex. ff. de ritu nup. & glos. not. in. l. ex a
pluribus. ff. de admini. tuto. & ibi Barto. & multominus in casu
isto: q2 priuilegiũ. d. l. fi. C. de repu. here. est concessum filio pter
suitatẽ. vt ibi dicit tex. dũ dicit si quis suus. sed ista suitas que est
causa finalis concedẽdi istud priuilegiũ, cessat in herede. igitur
&c. Et istud fundamẽtu3 satis stringit pro hac parte. per qđ po
teris respondere ad plura allegata pro parte cõtraria. Adde tu
qđ istam secundã opi. videtur tenere Bar. in. l. ex militari. §. j. in
fi. ff. de testa. mili. per. d. l. vnicã. C. de his q ante aper. tabu. Adde
c etiam simile q̇ facultas reuocãdi [c] donationez quã habet dona
tor nõ trãsit ad ei⁹ heredez. l. j. in fi. & l. si in fi. C. de reuo. do. c. fi. in
fi. de dona. Tamen Rapha. cuma. in. l. si quis suus. in. j. col. ff. de
iure delibe. tenet primaz opi. Fulgo. per. l. iulianus. alias incipit
si pupillus. ff. de acqui. here. que non facit. dicit tamen qđ durum
est contra stimulu3 calcitrare. ¶ Ego quoq3 nõ recederẽ consu
lendo aut iudicando ab ista secunda sententia: nec videtur con
gruum q̇ ista. l. debeat declarari vel exemplificari per. d. l. fi. j. de
repu. here. que est posterior. & sic de ea verisimiliter non debuit
cogitare ista lex. vt. l. iubemus. ad fin. C. de testa. tamen in stricta b
disputatione attendendum est si posset teneri, q̇ sicut pater qui
abstinuit ab hereditate si viueret posset abstensionem suam re
uocare, an eodem modo eius heres nepos posset. Et consequen
ter qđ facultas reuocandi abstensionẽ transmittatur ad nepotez
heredẽ filij. ad hoc multũ me mouet tex. in. d. l. si qs filiũfa. §. j. ff.
de acqui. here. in ratione sui: ibi q2 & patri eius idem tribueretur.
Secũdo multũ me mouet. l. nõ solũ. ff. de in integ. resti. quã etiam
allegabat Ludo. ro. hic: vbi beneficiu3 restitutionis transmittit̃
ad heredes. Nec est vera solutio do. Alex. q̇ illa. l. loquat̃ in resti c
tutione minoris: q2 est de directo contra illũ tex. loquentem etia3
in restitutione ratione maioris etatis, que conceditur absenti ex
iusta causa. Tertio multum consydera verba Barto. in. d. l. ven
tre. ff. de acqui. here. in fi. quarte regule, dum dicit qđ si filius repu
diauit hereditatem patris, qđ illam non potest transmittere: ne
plus commodi transmittat q̃ ipse habiturus esset. nam bene ve
rum est q̇ ipsam hereditatẽ postq̃ repudiauit nõ transmitit: sed
facultatẽ reuocãdi abstensionẽ suã bene põt trãsmittere. per ra
tionem propriã Bar. q2 illã ipse quãdoq3 habiturus esset. Quar
to facit tex. in. l. veteris. C. de contrahẽ. & cõmit. stip. p̃sertim in ra
tiõe sui. & qđ no. Bar. in. l. libertus. §. patris. ff. ad mu. Et q2 heres
censet̃ eadem psona cũ defuncto. in auf. de iureiur. a mo. presti. in
pñ. tñ potes respõdere qđ est priuilegiũ personale: & non est eadẽ
ratio in herede. vt s. dixi. Nec ob. d. l. vnica. in ver. si tamen here
ditatẽ non recusant. & summariũ Bart. ibi: q2 dico qđ ista verba si
tñ hereditatẽ nõ recusant. sunt valde ambigua: & possunt intelligi
si tamẽ hereditatẽ nõ recusant. s. ipsi trãsmittentes: & tũc faceret
p scđa opi. possunt etiã intelligi si tamen hereditatẽ nõ recusant
s. illi in quos fit trãsmissio. & tũc ille tex. nihil obstabit, nec summa
rium Bar. repugnat, nec tex. ibi refragat̃. ita posset disputatiue
dici. & isto secũdo modo relatio fiet ad illud qđ erit magis proxi
mum in illo tex. vt. l. si idem cu3 eodem. §. fi. ff. de iurisdi. om. iudi.
Tamen Bal. in. d. l. vnica. in notabilibus. et Paul. de cast. ibi ex
presse intelligunt illa verba text. si tamen hereditatem non recu
sant. s. ipsi transmittentes. & ita etiam expresse intelligit Bart. in
l. ex militari. §. j. ff. de testa. mili. et in. l. ventre. in. ix. colum. in fine
quarte regule. ff. de acqui. here. ideo non essent tutum recedere a
cõsiliis. Rapha. cu. in. d. l. si. qs suus aliter respondet ad. d. l. vni
cam, qđ loquatur de trãsmissione que fit ex quadã equitate, ratio
ne sanguinis, ab ascendentibus in descendentes: de qua non est

a ¶ Mater admittitur. Adde bal. i aut. defuncto. C. ad tertul. Et an & qñ mr̃ succedat spurio. vide in. l. si q̃ illustris. C. ad sena. orfi ciani. §. vulgo. cum gl. insti. de suc. ces. cogna. & in. c. fi. xix. q. vlt.

b ¶ Dicit̃ in p̃mo gradu. Adde in arbore affinitatis. & per doc. i. c. non debet. de cõ sang. & affi.

c ¶ Qđ facultas reuocãdi. Adde Bart. in. l. j. in pe. & vlti. col. C. d. iof fi. dõa. barto. in. l. titia seio. §. imperator. de lega. ij.

q.nostra. Nec est ibi tāta ratio trāsmittendi prout quādo trāsmissio fit ex potētia suitatis. Non obstat aliud simile de reuocatione donationis, que nō trāsit ad heredē. nā illud facit pro ista parte, nam quando donatio poterat reuocari ratione alicuius delicti, tunc quia odiosa, non trāsit ad heredem, vt iuribus prealleg. sed quando donatio pōt reuocari ꝓpter pacta non seruata: tunc facultas reuocandi bene trāsit ad heredē. Ita tenēt Bal. et Salice. in. d. l. fi. C. de reuo. dona. tamē ratio assignata in. d. l. j. et in. d. l. fi. videtur ad hoc aliqualiter repugnare. Tutius est tamen tenere aliā partem/ presertim per vltimum fundamentum qd. s. fecit. Et ex doct. Barto. in. d. l. q2 tale. et in. l. j. ff. de consti. prin. apparet responsio ad. l. non solum. ff. de in integrū. resti. s. allega. Et ita manet expedita glo. Ioannis. ¶ Glo. Ugolini que incipit ibi. Item ideo dicit maxime. qua probatur a partibus sufficienter enumeratis, quod in ista. l. nepos etiam in potestate non potuisset auo succedere de iure ciuili: sed hodie bene posset succedere tanquam suus et tanquam agnatus auo de iure ciuili. et sic vult glo. duo. Primum ꝙ ista. l. hodie sit correcta/ Secundo vult gloss. qd hodie in suis sit locus successorio edicto: prout etiam tenuit glo. in Rubr. j. de succes. edic. et gl. in. d. §. placebat. et in. l. j. §. sciēdū. ff. de suis et legitimis. ¶ Contrarium in vtroqz tenuerunt subtiles vltramōtani: et secuti sunt Cyn. et Albe. hic et docto. omnes Bononiē. et Baldū. in repetitio. l. in suis. in. xj. colum. ff. de libe. et posthu. late Pau. de castr. in repetitione. l. si filius heres. ff. de libe. et posthu. in. xvj. colum. et duabus sequentibus. Et propterea ista. l. erit hodie vtilis: quia ponit casum in quo est necessaria bono. posses. hodie, et sic successio pretoria. Et pro ista sententia vnū stringit, quo mouetur Cy. hic in. ij. q. et Sali. in. ix. vel. x. col. nam si diceremus prout dicit glo. qd ista. l. hodie esset correcta, eo q2 suus heres hodie habeat beneficium abstinendi, et propterea hodie in suis habeat locum successoriū edictum, certe etiam olim de iure ꝑtor. sui habebant a pretore beneficium abstinendi. l. necessarijs. ff. de acqui. heredi. et. l. nam nec emancipatus. ff. de leg. j. et sic etiam olim ista. l. fuisset correcta anteꝙ esset facta. inepte ergo glo. diceret qd hodie: q2 istud etiā erat olim de iure ꝑtor. Et vere credo ꝙ vltramontani in hoc verum dicant. q2 ex isto capite ista. l. non pōt dici correcta. Et Bar. respondendo fundamentis vltramontanorum expresse fatetur quod ista. l. non sit hodie correcta/ per. d. §. sed his pretor permittit. insti. de here. qua. et dif. Unde puto qd nec olim nec hodie in suitate cadit successorium edictum. q2 suitas nunquā capit nisi vnum gradum ab intestato. vt declaraui. s. in euidētia libus: nec est possibile ꝙ in hac. l. quantum ad nepotē nepos succedere possit tanꝙ suus: q2 in eo nō potest cadere qualitas suitatis: cum tēpore mortis aui pater eum precederet, qui occupauit suitatem: que non potest postea migrare de persona in personā. §. ita tamē. insti. de heredi. que ab intesta. l. j. §. sciendū. ff. de suis et legi. Et istud ego teneo tanꝙ indubitatū contra glos. qd nepos hodie tanꝙ suus nō veniret. et puto fatuū dicere ꝙ nepos hodie veniat tanꝙ suus. Et si consyderas Bar. et doc. nō cōtradicunt: nec ipsi dicūt ꝙ nepos hodie possit venire tanꝙ suus. Et ideo in ꝑsona ipsius nepotis, si ipse moreret anteꝙ adiret hereditatē. nō caderet transmissio ex potētia suitatis: secundū Ang. hic in repeti. in. viij. col. qui reputat hoc esse nota. dignissimū. bene verū est qd non obstante qd fuerit suus: tamen si se abstineat: sequens potest admitti tanꝙ agnatus: et sic illa suitas non impedit esse locū successorio edicto: quin sequens tanꝙ agnatus veniat: vt patet in l. defuncti. j. de suis et legi. alleg. per Bart. in. hij. §. sed si sint sui. ff. ad tertul. quē tex. alleg. Ray. de forli. hic. et dicit esse suum tex. vbi suo herede se abstinēte, tamē postea mater defuncti succedit de iure ciuili per senatuscū. orficia. Et ꝑm predicta debes intelligere illud qd dicit Bar. in. l. j. §. post suos. ff. de suis et legi. vbi tenet Barto. qd existentibus suis nō pōt esse locus successorio edicto de capite in caput: nec de gradu in gradū. Idē tenet gl. in rubri. j. de suc. edi. do. Alex. hic in. j. col. et in. ix. col. in fi. q2 sic simpliciter intelligendo diceret Bar. contra. d. l. defuncti. vbi casus rotūdus/ ꝙ erāt sui et tamē est locus successorio edi. de capite suorū in caput agnatorū, ad idē est text. in. d. l. ij. §. sed si sint sui. debes

agnati. Item emancipatus et quilibet extraneus condito testamento bene cognoscitur de iure civili. §. extraneis. insti. de here. qua. et diffe. Bar. in. l. illud. ff. de bono. pos. cōtra tabu. et gl. in. l. cū emancipatus. in princi. eo. tit. sed ab intestato cognati sunt penitus incogniti: et non admittuntur de iure civili sm ista tēpora. insti. de succes. cog. in prin. ideo impossibile est in hoc tex. q successio de iure civili ex testamēto invalida sustineatur, et cōvertatur in successionem ab intestato de iure civili: quia in hac. l. cognatus ex testameō bn de iure civili succedere potest: sed ab intestato de iure civili nullo mō succedit: ideoque talis conversio fieri nō potest. Et nunc habes optime declaratā solutionē Jaco. de are. ¶ Eam tamen reprehendunt Cy. Barto. Albe. et Ange. quia istud specialiter reperitur in filiis/ q bonorum possessio ex testamēto invalida cōvertatur in bo. pos. ab intestato validā. Et male reprobāt: cum idem sit in aliis successionibus ultra filios. d. l. si sub cōditione. Dic ergo melius sm Bal. Sali. et oēs moder. hic: et Bald. et Paul. de cast. in. d. l. si is ad quem. ff. de acqui. here. et ante eos Bart. in. l. iij. §. si sub ea. ff. de bono. pos. cōtabu. q qn successio ex testamēto est penitus invalida, sive sit facta de iure civili: sive de iure ptorio: ut est in hac. l. in qua testamentū erat falsum: et tunc nunq cōvertitur in successionē vel bo. pos. ab intestato validā: ita loqtur tex. noster. et ratio est: quia qd est nullū nō potest cōverti in aliquid. l. iij. §. qui fideicōmissariam. ff. de heredi. insti. sed quādo successio ex testamento vel sm tab. a princi. fuit valida: licet postea reddatur invalida, bene tunc cōvertitur in bo. pos. ab intestato validā: ita ppie loquuntur iura. §. ad oppositū alleg. et ista est veritas. Cōfirmo ratione: quia illud quod a principio valuit semel: facilius ex postfacto confirmatur, quam illud quod nunq valuit. ita pbatur in. l. posthumus. in prin. iuncto versi. idē et circa. ff. de iniust. rup. idem pbatur in. l. qui ex liberis. §. testō. ff. de bo. pos. sm tabu. et in. §. non tm. inst. qui. mo. test. infir. iūcta. l. j. §. sed si filiussa. ff. de leg. iij. ¶ Ultimo no. ex hoc tex. sm Bal. Sali. Fulgo. et alios hic. q paria sunt nō adire, vel nulliter adire, seu via incompetēti. ocordat. l. si. in verb. nil agit. ff. de libe. et posthu. et tex. in. l. filius emācipatus. in princip. ff. de colla. do. Sicut in simili paria sunt nō cavere vel satisdare, aut vitiose. l. quoties. cū his que ibi dixi. ff. qui satisda. cog. Item paria sunt aliquid nō esse factū, vel esse factum: sed perperā et nulliter. tex. est no. in. l. ij. ff. de auto. tu. in. l. quamvis. §. si convenerit. et ibi Bar. no. ff. ad vell. in. l. nō putavit. §. nō quāvis. ff. de bono. pos. cōtab. Itē paria sunt[a] nō cōparere aut minus legitime cōparere. c. nicolao. et ibi no. Bal. de appel. Itē nihil et invalidū equiparantur. l. si aūt nullum. et ibi Bal. no. C. de legi. heredi. ¶ Glo. j. ponit casum et clara est. Inquātum tn filiū fratris premortui nepotem appellat, reassumo in dubium nunqd filius fratris[b] dicatur ppie nepos. et sic nunqd quemadmodū qui veniūt per lineā descendentiū appellantur ppie nepotes: ita etiā appellentur ppie nepotes qui descendūt per lineā trāsversalē: ut est filius fratris: et quia psens passus est valde utilis ad multa. ideo eum plene examinandum duxi. In hoc passu invenio fuisse quinq principales. opini quas passim et cōfuse referunt Moder. presertim do. Alexan. hic. Ego postremo ponā sniam meā. ¶ Prima fuit sententia glossarū scilicet glo. hic. et in. l. post emācipationem. in glo. ij. et in. l. cum quis decedens. §. codicillis. in glos. j. iuncto text. ff. de leg. iij. et in. l. avunculo. ff. de mor. cau. dona. que gloss. tenuerunt q filius fratris dicatur nepos. pro qbus Bald. et Sali. hic allegāt. iiij. iura de iure civili: scilicet. l. illam. C. de colla. l. pen. j. de dona. que sub modo. l. et ideo. §. fi. cū. l. seq. ff. de in rem verso. et. ff. si instituta. §. fi. ff. de inoff. testa. que nō probāt: quia loquūtur respectu aui: sed non respectu patrui vel amite. prout dicit Barto. in. l. si instituta. §. de inofficioso. el. ij. ff. de inoffi. testa. Joā. and. in. c. fundamenta. de elec. in. vj. in novel. et Raph. Fulgo. et Moder. hic: tamen pro glossis sunt multi text. de iure cano. tex. in. c. tua nos. et in. c. quod super. de consan. et affin. et in. c. non sine. de arbi. in. c. dilecto. in prin. de preben. in. c. felicis. §. ceterum. de penis. in. vj. in. c. j. de schisma. eod. lib. et in. c. duo pueri. de despon. inpube. et in. c. per tuas. in fin. de proba. Sed de iure civili habes etiā tex. rotundum. in. c. j. §. similiter. in ver. nepotem. l. filiū fratris. qui. mo. feu. amit. tit. j. et dicit ibi bal. q est magis exps sum ibi quā reperiatur alibi de iure civili. et q advocati Bononiēses multū allegant illū tex. Et istū corrupte allegat Bal. hic in. j. col. Et per illum tex. refert ibi Jaco. de bellui. se obtinuisse Bononie q si aliquis est privilegiatus pro se et nepotibus, veniunt in tali privilegio, quis stricti iuris sit, etiam nepotes ex fratribus. Idem tenet Joan. de imo. in. d. l. si dotali. ff. solu. matr. per tex. d. §. similiter. et quia ita se habet cōis usus loquendi. Idē tenet Bald. qui pluries variavit in repeti. c. si pater. in. xix. col. de testa. in. vj. Idē tenet Panor. in. d. c. nō sine. in secundo notabili. ubi dicit: q istud semper fuit secutus propter cōem usum loquendi: quicquid sm eum tenuerit Federi. de senis in consilio. j. allegando. Et ita etiā tenet idem do. Abb. in. d. c. per tuas. in ulti. notabili. Tamen ad text. in dicto. §. similiter potest responderi quod cum ius feudorum sit consuetudo postea redacta in scriptis. ca. j. in princip. de feu. cog. illud ibi processit ex communi usu loquēdi et nō de ppio significatu. ut patet ex. c. j. de succes. fra. vel gradi. succes. in feu. et. c. j. §. j. de feu. mar. ¶ Secūda principalis fuit opi q filius fratris nō dicatur proprie nepos. et aliqui inadvertēter alleg. q istā tenet Bar. in d. l. si instituta. §. de inofficio. el. ij. sed cave quia Bar. ibi non firmat imo potius tenet oppositum: dicens: q in nulla parte iuris reperitur q filius fratris dicatur nepos. sed solū in quadā cōstitutiōe Fe. et nō allegāt ubi: et in. c. j. de schismati. in. vj. voluit Bar. allegare tex. in palleg. c. j. §. sim. Istā etiam opinio. alleg. Joan. an. tenuisse in preallega. c. fundamenta. de elec. in. vj. in novella. Istā firmat Bal. sibi cōtrarius in. d. l. si dotali. quia nepos proprie dicitur qui descendit ex filio, nō autē ex fratre. tex. est in. l. iuriscōsul. §. secundo gradu. ff. de gradi. Et hoc ostendit etymologia vocabuli sm Sali. hic. dicitur enī nepos quasi natus post patrem. Item infert ibi Bald. quod si aliquis accepit vel acquisivit emphiteosim pro se et nepotibus, nō veniunt nepotes ex fratre. allegat ita consuluisse Dyn. adde qd est in ōsilio. xvij. incipien. diligenter. in ulti. colum. Istam opi. etiam tenet Cy. in. d. l. si instituta. in additio. quem ibi refert et sequitur Bald. et presertim quādo essemus in statuto penali: et sic odioso. Idē tenet Fede. de senis in cōsilio. xxxix. incipi. Viso puncto predicto et motivis, per textum in preallega. l. iurisconsultus. §. scdo gradu. per textū in. l. liberorū. ff. de ver. signi. ideo pulchre concludit q in statuto excludente sororem extante nepote, non comprehenditur nepos ex fratre. et ad iura cano. §. adducta respōdet/ quod loquuntur improprie: et sunt verba narrativa facti dicta a partibus, seu enunciativa pape: que non constituunt ius: ut plene dixi. in. l. unica. super tertio intellectu gloss. §. quando non peten. partes. sed iuriscon. in dicto. §. secundo gradu. ponit verba assertiva et constituentia ius. et principaliter propter hoc adducta. ideoque illis standum est. Et cū Federito tenet Jo. de imo. in dicto. c. nō sine. in ultima col. de arbi. Et Ange. hic. in lectura Flozen. reputans hoc notādū ad statutum disponēs q filii et nepotes excludāt feminas: q tamē nepotes ex fratribus feminas nō excludent. Eandē opi. tenet Rapha. Fulgo. hic/ dicēs: q non meminit se legisse q filius fratris in iure dicatur nepos, nisi cōmunis usus loquēdi patrie aliud induceret. Eandem tenet do. Fran. de are. in. d. c. p tuas. in. ij. colū. et duabus sequentibus. de proba. ¶ Tertia fuit principalis distinctio Bald. in. c. j. §. sim. preallega. q dicit q quando aliquis accipit emphiteosim, et habet nepotes ex filiis: et nepotes etiā ex fratribus: et tūc intelligitur in dubio de nepotibus proprie: et sic de nepotibus ex filiis quod ultra eū potest ōfirmari ex doctri. Bal. in. l. j. §. e. quia verba in dubio deberēt intelligi per prius. si autē nō haberet nepotes nisi ex fratribus, tūc de illis intelligeretur, per textū. no. in simili in. l. heredibus. §. fi. ff. ad trebel. et in hanc sniam inclinat etiam Imo. in. d. c. nō sine. in. j. col. et do. Franc. de are. in. c. per tuas. in. iij. col. de proba. ¶ Aliā distinctionē ponit Pau. de ca. in. d. l. si dotali. relatā p do. Alex. hic. ¶ Quintam et ultimā distinctionē ponit Bal. hic: faciens tres casus principales et cum eo tenet Sali. et Paul. de ca. hic. et do. Alex. qui dicit Bal. in hoc melius locutum esse quam aliquis alius loquatur. ¶ Ego ultimo omnium dictis pensatis facio in hac materia unā cōclusionē, et tres fallentias. Cōclusio est quod filius fratris ppie nō dicitur nepos. et ideo nō venit regulariter appellatiōe nepotis: nec in statutis: nec in ōtractibus, nec in alia materia. d. l. iuriscōsult. §. secūdo gradu. et. l. liberorū. §. j. et papirius. ff. de ver. sig. cū aliis adductis. §. in secūda opinio. ¶ Ista conclusio procedit quando terminus nepos pfertur simplr, sed nō quādo profertur simul cū termino filius: ut quia in aliqua materia fiat mentio de filiis et nepotibus. Si aūt iste terminus nepos, profertur cū dictione fratris: ut quia aliquis acquirat emphiteosim pro se fratribus et nepotibus: tūc quia precedentia declarāt sequentia. l. si servus pluriū. §. fin. ff. de lega. j. teneo quod appellatione nepotū veniāt filii fratrū, qd etiā suadetur ex illa copula et, q stat augmentative latine. l. ea tamē adiectio. ff. de leg. iij. ut ergo augeatur sensus/ q iste nō solū voluit acquirere p fratribus suis: sed etiā p nepotibus fratrū. ita cōcludūt Bal. Sal. Pau. de ca. do. Alex. hic. et Paul. de cast. in. d. l. si dotali. facit bene text. in. c. j. de feudo marchie. Accedat quia de natura copule. et est exequare copulata et ea ad eqlitatē reducere. l. quis. ubi Bald. C. de ipu. et aliis sub. et Bal. in. l. offilius. in fi. ff. ne quis eū qui. Sali. et Ludo. in autem. ex testamēto. post glo. ibi. C. de colla. et est text. no. in. l. scie. §. cato. ff. de fun. instru. et glo. in. l. j. in pn. ff. de op. leg. Bart in. l. fi. §. cui dulcia. ff. de triti. vi. et ole. et sic copula et, facit ut utrūque intelligatur de linea trāsversali. Facit. qd dicit glo. no. in. l. si sic. i gl. i. ff. quēad. ser. amit. que notabiliter vult q natura copule et, est ut intelligatur in precedenti illa qualitas, q in sequēti primo ponitur. ¶ Secūdo limito qn dispositio alias nil operaretur nisi nepotes itelligerentur filii fratrū: ut est qn quis acqsivit emphiteosim p se et nepotibus. et nullos haberet nepotes ex filiis, nec habere speraret: forte nullos habens

---

[a] ¶ Paria sunt. Adde c. pe. de pcu. et in. c. cū dilecti. de do. et contu.

[b] ¶ Nunquid filius fratris. Adde bal. in. l. j. i. ij. co. de condi. inser. Baldū in. c. j. in. §. similiter. q. modis feu. amit. ti. j. io. an. in arbore. docto. in c. j. de schisma. lib. vj. Ant. ros. in trac. de suc. ab intest. in. xlij. co. Dy. cōsi. suo incipien. diligenter cōsiderā et est ōsilium. xvij. in ordine.

[c] ¶ Copule et. Adde Bar. in. l. si finita. in. §. elegāter. ff. de dā. infec. Ja. de are. in disputatione incip. quidam pater famil. fecit testamentū. Rapha. Fulg. cōsil. viij. incipi. d. Petrus longus.

habens filios, et ipse esset sexagenarius: tunc dictio nepotibus, intelligeret de filijs fratrū. sm Sali. et Ludo. hic et istud etiā vult Bald. in d. c. j. §. similiter. et ad hoc bene facit tex. notabilis in l. si fili in d. l. heredibus. §. fi. quē tex. reputat singularē Bal. in c. pastoralis. in j. col. in fi. de appel. q verba vt aliqd operent quandoqꝫ trahunt ad impropriū significatū. Facit tex. in cap. si ciuitas. de sen. excō. in vj. vbi verba contra naturā et suā significationē late interpretantur, quādo al's dispositio redderetur frustratoria. et ita illi tex. allegat Abb. in c. fi. ad finē. de pben. etiā in materia penali et odiosa ita ibi est tex. ¶ Tertio limita / et hāc bn̄ signa: nisi cōis vsus loquendi sit q nepos intelligatur filius fratris: vt est cōiter apud nos. qꝛ filij filiorū ablatiui appellātur: filij aūt fratrū appellant nepotes. sm Bal. et alios oēs hic: et in locis. s. allegatis. et Bal. in l. vxor. j. qui accusa. non poss. nam sm istum cōem vsum loquendi intelligerentur verba cōtrahentium. l. si prius. §. placuit. cum ibi no. per Bar. ff. de aqua plu. arcen. et c. ex literis.

12 de spōsa. gl. no. in c. nōnulli. in verbo duas dietas. de rescri. et † sm illum vsum loquendi intelligerent statuta loquētia de nepotib⁹:

a quia statuta intelligenda^a sunt sm cōmunē vsum loquēdi. vt est glo. no. in l. librorum. §. qđ tamen. in ver. nō continebuntur. et ibi Bar. ff. de leg. iij. Idem Bar. in l. labeo. ff. de supel. lega. et l. j. ff. de suis et legi. et l. j. C. de iura. cal. et alibi sepe. Etiā si statutū esset penale et punitorium, et sic odiosum: vt notabiliter vult Bart. in statuto puniente occupantez rem alterius: in rubri. ff. de ope. no. nuntia. in ij. col. cū multis concor. ibi adductis per Moder. et dicit Abb. in c. ij. in prin. de arbi. q in omni materia etiam odiosa et penali semper debet attendi cōis vsus loquēdi. Item habet locū, etiā si adesset statutū q verba statutoruꝫ intelliganꝫ ad literam prout iacent: adhuc essent intelligenda sm cōem vsum loquendi. ita singulariter ostendit Jaco. but. in proe. ff. oruꝫ. quem refert et seqtur do. Anto. de bu. in proe. decre. in ix. col. in prin. et ibi do. Abb. Panor. facit qđ inquit notabiliter Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. et iur. in xij. col. in fi. declarādo statutum disponens q verba statutorū intelligantur ad literā: inter cetera dicit q intellectus literalis idem est quod intellectus vulgaris. et ideꝫ dicit Bald. in d. l. oēs. in pe. col. in prin. q stante dicto statuto q verba statutorū intelligant ad literā, qđ litera intelligitur prout vulgo exponitur. Limita tamen qđ dixi statuta esse intelligenda sm cōes vsus loquendi: vt procedat nisi adesset statutū generale q verba statutorū intelligant ppric, vel sm propriū significatū: quia tunc statuta non intelligerent sm cōem vsum loquendi. ita notabiliter dicit Barto. in d. l. labeo. in ij. col. et idem Barto. in l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. Et ppterea dicit alibi Sali. in l. cum antiquioribus. §. fina. in vltima. col. in prin. C. de iure delibe. q opi. Bar. tenentis q statutū loquens de intestato, comprehendat etiam pupillū, et aliuꝫ qui testari nō potest, ppter cōem vsum loquendi: non haberet locū in ciuitate Bononie. vbi adest statutū generale q verba statutoruꝫ proprie intelligantur. Secūdo limita nisi adesset aliud statutū disponens q verba statutorū intelligantur nullo extrinsecus addito vel intellecto: tunc nō intelligerentur sm cōem vsum loquendi: quia ille est extrinsecus intellectus: ita singu. limitat Jaco. but. in preal. proe. decre. quem referunt et sequuntur d. Anto. et Panor. in d. proemio ¶ Gloss. fi. in ver. pet. h. quam diuide in quinqꝫ partes principales. In prima declarat text. et remouet tacitum contrarium dum dicit: nisi ignorasset ius. in quo dic melius quā gloss. vt per Bar. in l. clodius. ff. de acqui. here. per Jacob. butri. et Salice. in l. j. j. de repu. here. In secunda que est ibi. Item not. q hos gradus. glo. refert quorūdā computationē circa gradus huius text. et reprobat. In tertia que est ibi: alij dixerunt. glos. ponit quorūdam intellectū ad hūc tex. q ille supplicans esset nepos: id est natus ex filio fratris premortui: et male dicūt. quia esset in sexto gradu: vnde erat filius fratris premortui, et non nepos. In quarta que est ibi: tu ergo computa. glo. ponit verā cōputationē. In quinta et vltima ibi: si queris. glo. circa illam computationem querit, et bene soluit. dic vt in ea. Jason Pisis.

¶ De carboniano edicto. Rubrica.

1 Carboniana bonorum possessio quibus competat.
2 Carbonianum edictuꝫ an hodie habeat locum in bonis matris.
3 Carboniani edicti vtilitas que: et qualis sit.

¶ Capio gloss. Rubr. quam diuido in duas partes. In prima glo. cōtinuat rubricā ad precedentes. In secūda declarat quare dicatur carbonianū. Secūda ibi: et dicitur. Ad euidentiā totius

1 tituli pmitte † q carbonia. bonoꝝ pos. competit impuberibus, quib⁹ mouetur questio de statu et de bonis simul in hereditate patris: non autem in hereditate matris nec fratris. et hoc quando non sunt instituti: nec exheredati: sed preteriti. et presumptiue ex summaria cognitione apparet eos esse filios. istis oibus copulatiue concurrentibus tribuit carbonia. bonorum possess. secus si aliquid ex predictis deficeret: sm Bal. et Sali. hic. et Ly. in l. j. j. eo. in j. q. et ibi Bal. et Ange. ¶ Dixi qđ carboniana competit impuberibus. et hoc fuit statutum a pretore ex magna equitate: qꝛ mortuo patre relictis filijs impuberibus: vt plurimum agnati qui eos iuuare deberent: curant eos priuare successione: ideoqꝫ mouent questiones. et qꝛ in ea etate se nesciunt defendere, statuit pretor vt differat donec efficiātur puberes. ¶ Dixi scđo q requiritur q impuberi moueaꝫ simul questio de statu persone et de bonis. nam si solum moueretur questio de hereditate, nō differret in tēpus pubertatis. eo modo ꝫ moueretur questio de statu tm̄: non habet locum carbo. edictū: sed tunc prouidetur ex alijs cōstitutionibus. not. in l. iij. §. j. et in l. de bonis. §. ita demum. ff. eo. glos. Jacob. butri. Ange. et alij in l. j. j. eo. Copulatiue ergo requiritur moueri questionem de statu et de bonis, ad hoc vt cōpetat directum remediū carbo. possessionis. Aliquando tamen competit quando mouetur questio de patria potestate et de bonis. text. est nota. in l. decessit. ff. eo. ¶ Dixi etiā q cōpetit in successione patris et nō matris: vt. l. j. §. et generaliter. et l. de bonis. ff. eo. glo. in l. j. in ver. patris. j. eo. Ratio est, et hic attende: qꝛ bonorum possessio carboniana non cōpetit exheredatis. ratio ra-

a tionis: qꝛ quando impubes exheredatur a patre, repellitur a successione propter aliam causam quam status persone: ita quod etiā si esset maior et exheredaretur, excluderetur. ideoqꝫ pariter impuberi exheredato non competit carbonia. l. j. §. pomponius. ff. eo. et l. q de inofficioso. ff. de inoffi. testa. Cū ergo preteritio mrīs habeat pro exheredatione. §. mater. institu. de exhere. li. ergo in

2 bonis matris locum habere non pōt: iurib⁹ preallega. ¶ † Hinc insurgit pulchrum dubium, cuꝫ hodie preteritio matris facta sine causa nō habeatur pro exheredatione: nūquid hodie in succes

b sione matris^b habeat locū carbo. bo. pos. in quo Ange. et Ludo. ro. in l. j. j. eo tenuerunt q sic. Dic de hoc prout dixi. in l. posthumo. s. de bono. pos. cōtratabu. quā pre. ¶ Dixi successiue q ista carbo. non cōpetit institutis nec heredatis, sꝫ pteritis tm̄: quare non cōpetat exheredatis declaraui. quare non cōpetat institutis habes tex. declarantem in l. cū fine. ff. eo. Dicit tamen nota. Bal. in l. j. in ij. oppo. j. eo. q si institutio impuberis reuocaret in dubiū, puta qꝛ impubes esset institutus vt filius, et non esset filius: iuxta. l. si pater. j. de here. insti. q tūc bn̄ cōpeteret carbo. nihil allegat. sed tu alleg. tex. in l. j. §. pomponius. i ver. nisi forte. et ibi ad hoc no. Bar. ff. eo. not. Ange. et Lud. in l. j. j. eo. et l. iij. in prin. ff. eo. q iura loquuntur in posthumo institu. Tamen sm Bal. idem pōt dici in iam nato, quādo esset institutus vti filius: al's secus. et ita etiā dicit Bar. i d. l. j. §. pōponi⁹ cū sit eadē ratio put in posthu. et per tex. in l. iij. §. quis. ff. eo. Et nūc occurrit: vnuꝫ quod non recolo legisse ab aliquo tactuꝫ, q isto casu etiā in hereditate matris potest competere carbo. bonorum posses. quando instituisset mater filium cui moueretur questio status. ita limito. d. l. de bonis. qꝛ tunc cessat ratio supra adducta, quare in hereditate matris locum habeat, quādo filius impubes est preteritus a matre. ¶ Adde etiā q ista bonorū posses. carboniana locū habet ab intestato. sm Bal. et Sali. hic. tex. est in l. de bonis. §. j. ff. eo. ostēditur ratione: qꝛ carboniana cōpetit illis quibus cōpeteret cōtratabu. l. j. in prin. ff. eo Sed cōtratabulas cōpetit illis quibus ab intestato cōpeteret vnde liberi in successionibus parentuꝫ. l. j. §.

3 recte. ff. si tabu. testa. nul. exta. ¶ † Vtilitas autē istius carboniane bonorū pos. est multiplex. Prima, qꝛ per eam differtur questio seruitutis opposite impuberi: ne interim possit tractari: sed differri debeat: quoad efficiatur pubes. in l. j. in fi. j. eo. Item interim debet mitti in possessionē omniū bonorū patris. acsi in veritate esset filius. l. j. eo. scđm formā ibi traditaꝫ: et interim possidebit oia bona patris. et illis fruetur et aletur sine controuersia vsqꝫ quo sit pubes: et postq fuerit pubes. dato q declaretur non esse filius, vt si declaretur esse seruus, nō tenebitur restituere sumptus seu expensas alimentorum que percepit: vt dicit glos. fi. in l. ij. j. eo. q alleg. multos tex. ad hoc. Et talis filius virtute carboniane etiam possidebit interim feuda patri cōcessa. ita singula. Bal. in cap. j. in vj. col. in titu. an agna. vel filius. in vsibus feudorum. et sequit simpliciter pro singu. do. Alexan. in l. j. in fi. j. eo. Sed qꝛ nō haberem⁹ autoritateꝫ Bald. istud ego probo viua ratiōe. qꝛ in materia feudali, si contingat aliquis casus nō expresse decisus in feudis, deciditur et regulaꝫ scđm ius cōmune. gloss. est not. et ibi Bal. not. in c. j. de feu. agna. et tex. glo. et Bal. in c. j. de suc. fra. vel gradi. succes. in feud. ergo cum istud nō sit expresse decisum in feudis, alio modo seruabit regulam iuris cōmunis: ita q in feudis etiam habebit locum carbonianū edictum, sicut in alijs bonis allodialibus. Jason Pisis.

1 Impubes si nō vult vel non potest satisdare: an stetur eius iuratorie cautioni.
2 Impubere non satisdante, aduersarij simul cum eo mittuntur in

¶ Statuta intelligeda. Adde Pa tesi. in suis notabi. no. xcvj. Inno. in c. in ura. de iniu.

b ¶ In successione matris. Adde l. de bonis. in princ. ad card. Et qd in bonis fraternis diffuse per Bal. in l. j. j. eo.

possessionem portionis impuberis.

3 Actor in certo casu an potest mutare libellum inuito reo: etiam post litem contestatam.

4 Sententia lata cõtra matrem an preiudicet impuberi.

5 Carboniana bonorum possessio an possit simul intẽtari cum alia bonorum possessione ordinaria.

Sunt tres casus in quibus bonorum posses. carbobiana potest cõcurrere cum bonorum posses. secundum tabulas: quam scriptus heres potest intentare.

Si tibi. Ista lex secundum Bartolum est pestilentiosa tex. ¶ Ad euidentiam litere et gloss. primo ne afferentis duos intellectus ad hunc tex. aduertendum est / quod litera videtur contradictionem continere, inquantum dicit quod filius vendicabit successionem: ergo erat actor: alias possidebat. postea dum dicit aduersarios filij restitutionem postulare: ergo presupponitur quod filius possidebat. ista autem sunt contraria et impossibilia: nisi presupponeres prout alias intelligebam istum textũ, quod possessio istorum bonorum non erat penes filium: nec penes aduersarios: sed penes tertium. ideo pro tollenda hac contrarietate, glossa ponit duos intellectus. vnus est Joannis. quod filius possidebat, et erat in possessione: et tunc vendicat, impropriatur: scilicet retinendo. Alius est sensus in glossa quod aduersarij possidebant. et tunc textus qui dicit restitutionem postulari per eos, impropriatur postulari. scilicet se defendendo. vnde quẽcunque intellectũ teneas impropriatur aliqua dictio tex. nam si teneas primũ impropriatur vendicat. si teneas secundum impropriatur dictio postulari. et ideo neuter videtur tenendus. quis Bar. et alij sic cõiter trãsierint. ¶ Sed tu aduerte quod litera clare procedit absque vlla impropriatione, referendo ista duo verba ad filium, prout vere referri debent. nam imperator respondens supplicationi matris, que noĩe filij impuberis cui mouebatur questio status, intentauerat rei vendicationem contra consanguineos istius filij possidentes bona paterna et petebat subito restitutionẽ fieri. Imperator dicit quod vsa est malo remedio. quia premature postulauit restitutionẽ rerum quas filius vẽdicat velut de successione patris. hoc modo. referendo hec omnia verba ad solum filium litera est plana: nec resultat aliqua contrarietas prout resultat si verbum vendicat, referatur ad filium: et verbum postulari, referatur ad aduersariũ. et licet istum intellectũ sibi ascribat do. Alex. hic: tamen ante eum ponit Ange. hic in lectura florentina in apostillatione text. et istum sensum tenẽ: quia planus est / alios reijcias. ¶ Secũdo aduerte circa tex. qui dicit quod filio mouetur questio status ab his contra quos supplicatur. nec aliter declarat qui essent isti qui mouerẽt qõnem status. solus Fulgo. tãgit, et dicit quod erant alij filij fratres istius impuberis. et hoc subtiliter probat ponderando tex. in ver. portionẽ. qui vult quod impubes petebat portionẽ: ergo nõ totã hereditatẽ patris. istud non põt esse nisi quia alios fratres habebat: alias si illi non fuissent pariter filij, ipse impubes totã hereditatẽ et non portionẽ postulasset, qđ est valde subtile pro intellectu huius tex. Tu aduerte quod Odof. intelligit quod erãt alij consanguinei vel agnati defuncti. Alberi. de ro. post Jac. de are. intelligit quod erat frater defuncti. Et sic patet quod ille tex. nõ est de necessitate intelligẽdus quod erant alij filij fratres impuberis: imo videtur quod iste text. nullo modo intelligi possit quod illi alij erant similiter filij. contra Fulgo. quia si fuissent alij filij: decisio tex. stare nõ posset: quia distinguit tex. quod si impubes intentans carbo. non prestat satisdationẽ, aduersarij mittũtur in posses. simul cum eo. Primo ergo casu prestita satisdatione aduersarij cum impubere nõ mittũtur in posses. ergo euidenter apparet quod non erãt filij, quare: quia si fuissent et ipsi filij, siue impubes satisdet, siue nõ, semp mittunt in pos. simul cum impubere. tex. est in l. sed et si is. in prin. ff. eo. ergo clare liquet quod isti aduersarij non erãt filij: sed cõsanguinei. vel aliter agnati. vel etiã extranei. nec obst. tex. in verbo portionẽ. inductus subtiliter per Fulg. quia licet alias dubitauerim nũc puto quod nõ obstet: quia tex. nõ dicit quod iste impubes postulauerit portionem bonorum: imo superius in prin. dicit, quod vẽdicabit successionẽ rerum patris: et sic indistincte: sed tex. postea in verbo portionem: dicit quod si impubes nõ prestat satisdationem, ab oĩbus portionẽ quã vẽdicat possideri, quasi velit dicere text. quod vnusquisque habebit portionẽ suã de bonis que pupillus vẽdicat. et iste videt verus sensus istius text. Tñ litera aliqualiter repugnat, que sonat quod in portionẽ petitam ab impubere eo non satisdante ceteri aduersarij simul cum eo in possessionẽ mittuntur. nam dicere et intelligere tex. quod impubere nõ satisdãte: vnusquisque mittatur in portionẽ suam, esset ineptũ. nã siue satisdet impubes, siue nõ, certe aduersarij habẽt portiones suas. de quibus nõ est contentio. sed solũ ergo est cõtentio de portione ipsius impuberis. et ita decidit iste tex. quod impubere non satisdãte ceteri simul cũ eo mittunt in possessionem illius portionis. ergo isti alij similiter erant filij. et isto modo videtur quod procedat intellectus Fulgo. ad istum text. Et per ista habes bene enucleatum sensum istius. l. ¶ Istis premissis diuide istam. l. in quatuor partes princi. In prima imperator vt dicit glossa respondet matri supplicanti pro filio impubere: et ostendit quod mater elegit malã viam agendo rei vendicatio. et in consequentiã petendo restitutionem rerum: et sic agẽdo via ordinaria. In secunda que est ibi: cum si in pupillari. consulit matri quod pro impubere intentet carbo. bonorũ pos. cuius effectus erit: quod prestita satisdatione incontinenti mittetur in posses. In tertia que ibi: vel hac non oblata. declarat quis sit effectus carboniani edicti si non prestat cautio vel satisdatio: eo quia impubes nõ velit vel nõ possit. nã tunc solus non admittitur in pos. sed aduersarij simul cum eo. In quarta et vltima que est ibi: seruitutis vero respondet tacite questioni. ¶ Hoc dicit: si impubes status controuersiam patiatur, debet bona patris persequi per remediũ carboniane pos. quod quã prestita satisdatione, mittitur in possessionem solus: sed ea non prestita: mittit simul cum aduersarijs: et vtroque casu questio status differtur in tempus pubertatis. h. d. ¶ † No. ex isto tex. in verbo vel hac nõ oblata. secundum Fran. de are. quod si impubes nõ vult vel nõ potest satisdare, nõ statur eius iuratore cautioni: sed simul cũ alijs mittitur in possessionem. et istud est loco satisdationis. l. de bonis. §. qui pupillo. ff. eod. titu. Et sic secundum eum hic est vnus de casibus, vbi si nõ potest satisdari nõ statur iuratorie cautioni. quod ideo [illegible] quia de alio remedio prouidet: alias regula est in oppo. vt habetur in auth. generaliter. C. de episc. et cle. et in. l. i. ff. qui satis. cog. Tu confirma quod verũ est quod vbicũque potest alio remedio esse cõsultũ cessat iuratoria cautio. vt est text. in. l. filiusfa. §. diui. el. i. versi. idẽ principes. ff. de leg. i. et ibi Bal. Ange. et Imo. ad hoc notãt illum text. notat Bal. in. l. fina. in fi. in. ij. et. iij. no. per illũ tex. C. de ordi. cog. bene facit tex. in. l. si cõstante. §. quoties. et ibi no. Pau. de ca. ff. so. matri. Dic etiã ad istũ text. qui tamẽ nihil dicit de iuratoria cautione / altero de duobus modis. Primo quod nunquam iuratoria cautio[a] prestita propter impotentiã satisdãdi sufficit, vt arctet aduersariũ ad aliquid faciendum, vel dimittendum, vel prestandum. ita Bal. in. l. ij. in secũdo no. C. de vsur. et fru. leg. secũdo dic quod iura loquentia de iuratoria cautiõe, loquunt quando quis venit in causa propria et nomine proprio. secus si in alieno. vt in procuratore. secundum Bald. in. c. i. in. ij. col. de procur. plenius in. c. corã. in. ij. co. de offi. dele. et in. d. l. ij. C. de vsu. et fru. leg. quicquid tenet Alex. post Jacobutri. nõ faciens de predictis mentionem. l. actionem. C. de procur. † Scdo no. in verbo ab omnibus quã vẽdicat possideri. quod impubere nõ satisdãte aduersarij simul cũ eo mittunt in possessionẽ portiõis impuberis. cõtra: quia duo nõ possunt eandẽ partẽ insolidum possidere. l. iij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. propter hoc gloss. in. l. i. §. i. in verbo simul. ff. eod. dicit quod simul sunt in possessione. sed differenter. vult dicere, quia impubes erit verus possessor. sed aduersarij erunt in possessione solum causa custodie, et loco satisda. vt dixi in precedẽti notabi. Item aduersarius nõ est de ipsis bonis alendus, sed impubes sic. l. de bonis. §. qui pupillo. ff. eo. et. l. iij. §. i. eo. et gloss. hic. Et quod impubes constituatur verus possessor. facit tex. in. l. iij. §. missum. et ibi declarat Bar. ff. eo. Bar. hic in summario. Nec ob. quod in hoc tex. verbũ possideri, referat ad vtrunque et in. l. sed et si is. §. quoties. ff. eo. quia nõ est absurdũ quod idẽ verbũ ad duos relatum in vno intelligat proprie, in alio impropriet. l. ij. cũ glo. ff. de offi. procõsul. et lega. ¶ Glo. i. in verbo si tibi. diuiditur in quatuor partes. In prima declarat tex. et est plana. In secunda que est ibi: et dic casum: ponit primum casum Joan. in tertia que est. ibi: vel secundum alios. ponit scdm intellectũ ad text. In quarta et vltima que est ibi: sed huic positiõi. gloss. oppo. et dupliciter soluit. Prima cõiter tenet, quãuis nõ careat diuinatione. Ex secũda parte dũ glo. intelligit tex. vendicat. s. retinendo. no. quod remediũ introductum ad adipiscẽdũ possessionẽ, competit etiam illi qui actualiter possidet: vt in tali pos. cõfirmetur et manuteneatur. ideoque facit secundum Cy. Bar. et. et oẽs hic quod heres scriptus qui ostenso testamento nõ abolito nec cancellato habet beneficium. l. fi. C. de edic. diui adri. tol. vt statim mitti debeat in pos. Certe si reperiatur in possessione, adhuc ei competit illud remediũ. d. l. fi. vt possessio manuteneatur et confirmet. et dicit Ang. qđ istud non probat alibi clarius quam in hac. l. et idem tenet Bar. in. l. i. §. satisdatũ. per illũ tex. ff. quorum leg. et in. l. fi. in iiij. col. C. de edic. diui adri. tol. et in. d. l. iij. §. missum. per illum text. et in. l. de pupillo. §. qui opus. post glo. et Alex. ibi. ff. de oper. noui nũtia. et licet Bald. in. d. l. fina. in. vj. et. vij. oppo. refragetur huic conclusioni. tamen addo Bald. idem tenentem. l. i. in. i. col. circa medium. C. cõmunia de leg. et eũdem Bal. hic: circa prin. Adde etiã quod in simili volunt Ang. et Imo. in. d. §. qui opus. per glo. ibi. quod ille qui obtinuit sententiã pro se a qua non fuit appellatum, potest petere a iudice confirmationẽ ipsius sententie, et semel et bis: et operabitur talis confirmatio, quod dicetur habere tres sententias conformes: et sic nõ poterit obijci aliquid de nullitate cõtra executionem earum. iuxta cle. i. de re iudi. bene facit qđ notat. Bar. in. l. ij. quo

[a] ¶ Iuratoria cautio. Adde bal. in auth. generaliter. C. de episc. et cleri. Bal. i. auth. cum relictum. C. de iudi.

in.l.si quos.C.de decur.lib.x.per illuȝ tex.vbi dicit esse casum qui non reperitur alibi: ꝙ partes possunt petere a iudice quod cōfirmet cōtractū p eos factū: qñ dubitať ne altera pars petat ꝯtractū infringi ex aliqua cā: puta deceptionis vel simili: vt ibi plenius p eum. ⁊ in.l.iulianus.§.si quis colludente.per illū tex.ff.de ac.emp. ¶ Et propterea dicit idē Bald.in.c.fina.de phi.feu.alie per Lotha.ꝙ q̄uis.§.sequens.insti.de interdi.ponat solum tres species interdictorū, ꝙ per istuȝ tex.est dare quartū interdictuȝ: scȝ ꝯfirmāde. ⁊ istud oportet addere ad dictū.§.sequēs. ⁊ sic Bal. arguit legislatorem de diminutione. Tñ Lud.ro. ⁊ do. Alex. hic: dicūt ꝙ istud continetur sub interdicto retinende. Tū responde planiꝰ ꝙ istud non est interdictum.sed est quoddā remedium extraordinarium differens ab interdictis.nam in interdictis alius ordo requiritur.item alia probatio est necessaria: sed in isto carboniano edicto sufficit presumpta ⁊ qualisqualis fides de filiatione: ⁊ tūc statim fit missio.eodem modo in.d.l.fina. Et per hoc apparet non esse dicenduȝ ꝙ istud sit species interdicti, vel contineatur sub interdictio retinēde: imo multum differunt in processu ⁊ in pbationibus, ⁊ hoc modo defenditur.d.§.sequēs. Tamen si tu velles dicere ꝙ istud pbeť per alia iura.s.ꝙ ille qui est i possessione pōt petere se confirmari: vt probatur in.l.iij.§.missum. ⁊ ibi no. Bart.ff. eo.ad hec est eadem responsio. Predicta procedūt qñ quis est in possessiōe valida. Quid aūt si sit in tenuta nulla: ⁊ qd si in pos.violenta: an earum confirmatio fieri possit.dic vt per do. Alexā.hic: quem nō refero. ¶ † Ex tertia parte glo.no.fm Sali. Ludo. ⁊.d. Alexan.hic: casuȝ in quo actor inuito reo post litem contest.pōt mutare libellū.ita pbať in hoc tex.iuncto isto secundo intellectu gl. hic enim qui agit rei vēdicatiōe, ⁊ sic petitorio iudicio, mutat libellū: ⁊ agit alio remedio pos.scilȝ carboniano edicto.et ex hoc habes limitationē ad auť.qui semel.ĵ.quō et quando iud.vbi traditur regula ꝙ postq̄ fuit lis contestata super libello producto: actor inuito reo non pōt amplius libellū mutare. Sed tu aduerte: qr tex.iste posset subtiliter retorqueri ad oppositū: cuȝ hoc videatur speciale in impubere: cui mota est questio status: vt si egit petitorio: possit mutare ⁊ agere possessorio: ergo in alio maiore. tex.iste cum glo.potius pbaret cōtrarium.dic ergo ꝙ melius pbatur in.c.pastoralis.vbi canoniste de cau.pos. ⁊ ppr̄ie. ¶ Capio gl.fi.in ver.differri.quam diuido in quatuor partes principales. ¶ In prima per viam limitationis remouet vnum contrarium: postea format tres questiones.scđa ibi: itē et nūquid differtur.tertia ibi: item.nunquid carbo.quarta ⁊ vltima ibi, sed nōne etiam. ¶ In secunda parte glo.dum concludit † ꝙ sententia lata cōtra matrem non preiudicat impuberi: pro certo fortiter obstat.l.j.in fi.ff.eo.glo.violando illum tex.respondet ꝙ ibi fuit lata sententia contra matrē ⁊ contra filiū: illa ergo sententia que fuit lata contra filiū bene preiudicat filio. Sed ista solutio non valet: qr durante tēpore pubertatis non debuit ferri sñia contra impubereȝ. Unde necesse est respondere fm Cy.hic: in.ij.q. Albe. ⁊ Fulgo.hic ꝙ sententia lata cōtra matrē non plene preiudicat filio: affert tamē aliquale preiudiciuȝ saltē p̄sumptionis.aliter non posses tex.euadere. ¶ In tertia parte dum glo. † querit nunqđ carbo.possit simul intentari cum alia ordinaria bonorū pos.alleg.duos tex. pro contrarijs.l.si impubes.§.fi. ⁊.l.iij.§.missum. ⁊ melius in.§.sequē. qui incipit: hec aūt. Dic ꝙ isti tex.non sunt cōtrarij, sȝ sunt diuersi.nā.§.hec aūt.dicit ꝙ si impubes beneficio etatis intentaret carbo.bo.pos.propter quā cōstituitur possessor: habet tamen postea necesse venire per ordinariā bonorūꝰ poss.si vult consequi dñium rerum: ⁊ ita ibi declarat Bart.in.ij.solu. ⁊ istud est qđ voluit dicere glo.hic dum pōderat verbum oportebit, futuri temporis in illo text.sed tex.in.l.si impubes.§.fi.loquitur in casu valde diuerso: quando pater in testamento scripsit extraneuȝ heredem: filiū autem impuberem preterijt: nunquid scriptus heres possit venire remedio ordinario, intentando bonorum pos.ex testamēto: ⁊ impubes intentare carbo. ⁊ tex.ibi decidit quod sic in tribus casibꝰ ibi ergo loquitur in diuersis personis, non in ipsemet impubere: prout loquitur.d.§.hec autem. Et in secundo quantum ad intellectum.d.l.si impubes.§.quesitum. Bal.hic in vltima qōne ⁊ etiā Sali.in vlti.colū.tenēt ꝙ carbo.bonorū posses.competens impuberi pterito, non impedit scriptū heredē intentare scđm tabu.tamen licet scriptus heres possit interim agnoscere secunduȝ tabu. carbo.differt effectum illius ordinarie in tempus pubertatis.d.l. iij.§.missum. ⁊.§.sequen.ff.eod. Tu aduerte quod illud quod dicit Bal.sic simpliciter intelligendo est contra casuȝ.l.expressum. in.l.scriptus.ff.eo.vbi dicit text.ꝙ carbo.bonorum pos.cōpetens impuberi, cui mouetur questio status, impedit scriptum heredeȝ ne possit agnoscere secundum tabu.tamen quia per eum non stat si interim decederet, transmitteret bono.pos.secundum tabu.non agnitaȝ ad heredes: de quo vltimo dixi.s̄.in.l.posthumo.s̄.de bo. pos.contrata.quam pre. Item videtur obstare: quia carbo.[a] bo. pos.competit impuberi preterito, cui etiā competit cōtratabu.sȝ donec possibile est ꝙ possit intentari contratabu. impossibile est ꝙ scriptus heres habeat secundum tabu.l.equissimū.in prin. ⁊.§. expectandi.ff.de bono.pos.fm.tab. ¶ Dic ergo melius ꝙ tex.i.d. l.si impubes.§.quesitum. † ponit tres casus, in quibus carbonia. bonorum posses.competens impuberi concurrit simul cum bonorum pos.scđm tabu.quam scriptus heres potest intentare. Primus casus est quando impubes non est filius in veritate. Intellige tamen fm Bart.ibi post glos.quando erat tamen presumptio filiationis.vt est text.not.in.l.iij.§.cause.in ver.summatim.ff.eo. ⁊ tunc ꝙ bonorum pos. contratabu.presumptiua ⁊ non vera non impedit scriptum heredem intentare scđm tabu.tex.est in.d.§.fi. in scđo casu, ⁊ ibi Bar.in fi.sic declarat: qr tunc remedium extraordinarium competens ex sola presumptione, quando veritas est in oppositum, non impedit ordinarium: ⁊ sic scđm tab.text.est ibi singu.ad hoc: ⁊ isto modo oportet necessario intelligere.l.scriptꝰ. ff.eo.que alias contra hūc primū casum ineuitabiliter repugnaret. Scđs casus est in illo.§.quesitum.quando impubes stetit per annum ꝙ nō agnouit bono.pos.contratab.quando erat preteritus. Tertius casus est: quando stetit per annum ꝙ non agnouit bonorum pos.ab intestato.istis tribus casibus nō impeditur scriptus heres agnoscere bonorum pos.scđm tab.ex testamēto.ratio: quia cum impubes sit exclusus a remedio iuris pretorij scriptus heres habet scđm tabu. Et si dicis si ibi impubes erat exclusus tēpore: quomodo habet carbonianam.responde dupliciter. Primo secundum glo.ibi, ꝙ habet mediante restitutione in integruȝ. Scđo ꝙ licet esset exclusus a facultate veniendi de iure pretorio: tamen non erat exclusus a facultate de iure ciuili, que durat.xxx. annis: ⁊ propterea habet carbo. tamen facultas veniendi de iure ciuili non impedit scriptum heredem alio iure succedere.s.pretorio: iste est proprie casus.d.§. quesitum.ad quem omnino videas Bal. optime declarāteȝ ⁊ ponentē casum illius.§.quesitū.in.l.fi. in.vij.col.s̄.vnde legi.tamen precedēs sol.videtur tutior: quia carboniana bonorū pos.sicut ⁊ cetere non durat vltra annū.l.iij.§.fi. ff.eo.gl.in.l.ij.ĵ.eo.est verum ꝙ circa illū tex.versatur alta difficultas: nūquid impubes exclusus[b] per lapsum anni a facultate succedendi de iure pretorio intelligatur etiam exclusus de iure ciuili: ⁊ Bart.ibi tenuit ꝙ sic.per illum.§.quesituȝ. ⁊ idem Bar.in.l.filio preterito.ff.de iniusto rupt.qr quando filius preteritus exclusus erat per annuȝ, excludebatur non solū a iure pretorio: sȝ etiā a iure ciuili.tamē ista opi.Bar.est cōmuniter dānata per alios: vt late per Imo. ⁊ Moder.in.d.l.filio preterito. ⁊ latius per Bal. ⁊ Moder. ⁊ presertim do. Alex.in.l.posthumo.s̄.de bonorum pos. contrab.quā pre.cū concor.ibi per eū alleg. ¶ In vltima parte gl. ꝙ prima solutio est falsa per text.in.d.l.pe.in ver.exigere. quod verbum significat ab inuito extorquere.l.fideicommi.§.si rem.ff. de lega.iij. Tamen sustinendo gloss.pōt dici ꝙ etiam exigere est a volente.tex.est in.l.si cum dotē.§.si post. ⁊ ibi glo.in ꝟbo exactam. ⁊ ibi Moder.ff.solu.matri. Tene ergo scđam solutionem/quam sic amplia ⁊ declara.nam si queras nunquid impubes qui impetrauit a iudice carbo.pos.possit agere cōtra debitores hereditarios: dic si nō prestitit satisdationē: de qua in hoc tex. non admittitur.sed ea prestita si velit agere tanq̄ heres vel bonoꝝ pos. non potest: sed si velit agere tanq̄ carbo.pos.seu tanq̄ curator nudus bonorū, vigore satisdationis.tūc bene potest.sic intelligitur dicta l.penul.ff.eo.ita declarat Cy.hic in.v.q. ⁊ sequuntur Sali. ⁊ Ful. ⁊ do. Alex.hic: ⁊ Bar.in.l.fi.ff.eo. ⁊ est glo.in.l.qui de inofficioso.in verbo non patiatur.ff.de inoffi.testa. Et quomodo cognoscatur an intentet actiones hereditarias cōtra debitores tanq̄ directo heres vel tanq̄ carbo.possessor.declarat Bart.in.l.iij.§.missum. in.ij.col.ad fi.ff.eo.

Jason Pisis.

a ¶ Carboniana.adde Bald.in.l.q de inofficioso.ff.de inoffi.testa.

b ¶ Nūquid impubes exclusus. adđ doc.in.l.pater filio.ff.đ here.insti. ⁊ l.c.cū i.ij.ff.đ iniust.test.

1 ☞ Carbonianum edictum facilius conceditur impuberi: qui iam erat natus tempore mortis patris: quam concedatur impuberi nato post mortem patris.

2 Carbonianum edictum vt competat, requiritur summaria probatio filiationis legitime.

CArbonianū. Imperator in.l.precedēti declarauit carb.quādo cōpetit impuberi qui iam erat natus tempore mortis patris.hic tractat qñ erat i vtero tempore mortis patris sed postea natus est, qualiter puberi postea nato post mortem patris detur carbo. ⁊ tex.hic declarat ꝙ datur tribus concurrētibꝰ. Qñ est natus ex mr̄imonio certo. Iteȝ partus fuit diligenter custoditus a personis legitimis: ita ꝙ alius partus supponi nō potuisset. Tertio qñ ad eum spectaret legitima successio, si in veritate esset filius illius. Unde cōsydera an istud tertium requisituȝ videať superfluum qñ cōstat de matrimonio indubitato: ⁊ ꝙ partus non est suppositus.gl.hoc videtur fateri: dū dicit ꝙ istud tertiū seqtur ex duobus primis: nisi dicas ꝙ oportet pbari legitimā successionē.s.qđ nō sit alius de liberis anterior eo: ⁊ sic pbare ꝙ ipse precedit alios.nā pondera ꝙ iste tex.nō loquitur expresse de successione

ff

patris: vnde pōt loqui in successione aui: ⁊ sic oporteret probare ꝙ legitima successio sibi defertur, ꝓbando ꝙ erat cōceptus viuo auo. l. itē ꝑetor. ff. de suis ⁊ legi. ⁊. l. si qs filio exheredato. in prin. ff. de iniust. rup. ⁊ ꝙ est anterior. Tamen ista tria nō sunt plenarie sed solū summarie ꝓbanda. puta ſm Odof. ⁊ Iaco. but. per vicinos attestātes de opinione. ¶ †Scđo no. ex ista. l. iuncta. l. ꝑcedēti ꝙ facilius cōcedit carbo. filio impuberi q iam erat natus tpe mortis patris: in quo hec tria nō requirunt: vt in. l. precedenti: ꝙ ꝯcedatur impuberi nato post mortez patris: vt hic: ꝑpter timorem alieni partus q de facili supponi posset. Hinc est ꝙ si mater non patitur custodiri partū ab his quorū interest, preiudicat filio in isto possessorio remedio carbo. non tū inordinario: per hunc text. ſm Sali. Ful. ⁊ Pau. de ca. bene facit tex. in. l. j. §. si cui. ⁊ ibi vide bonā glo. ff. de ven. inspi. quē tex. alleg. glo. hic: que idē tenet. Minus ad hoc fauet matri pregnanti: q2 si mulier pregnans petat se mitti in pos. ventris noīe, nō sufficit summaria cognitio: vt hic: ſ3 requiritur magis plena. l. vbicūq3. §. interdū. ⁊ ibi glo. ff. de vē. in pos. mit. Itē qñ impubes mittitur in possessionem ex carboniano edicto cōstituit verus possessor. l. j. vbi dixi. ſ. c. ⁊. l. iij. §. missum. et ibi Bar. ff. eo. sed qñ mater mittitur in possessionem ventris nomine, non h3 possessionez: sed solū detentationē vt declarat Bar. in. d. §. missum. ⁊ ibi assignat plures rationes: ꝑcipue q2 hec que concedit ventri, cōcedit propter partum: ⁊ ipsi partui: ideo minus ei fauet. Et sic per te cōsydera tres casus: aut impubes est iā natus ante mortē patris: aut postea, aut adhuc est in ventre matris: vt ex predictis colligere potes. ¶ †Tertio no. ꝙ ad hoc vt carbo. bo. pos. competat, requirit summaria ꝓbatio legitime filiationis. Adde tex. singularē in. l. iij. §. cause. in ver. summatim. ff. eo. vbi dicitur ꝙ si filius sit in euidēti calūnia, repellit: sed ꝙ quelibet presumptio vel quecūq3 leuis excusatio facit vt non dicat in euidēti calūnia. vnde ſm do. Fran. de are. hic per illū tex. probat aureum dictū Bald. in. l. deberi. C. de fideicō. lib. vbi dicit ꝙ leuis occasio excusat citatum dicentem nolle venire, a vera cōtumacia: per gl. or. ⁊ singularē in. l. vnica. §. hoc iudiciū. in fi. gl. mag. ff. si quis ius di. nō obtēpe. S3 tu caue ꝙ in. d. §. cause. illud est: quia est cā summaria, ⁊ modici preiudicij. ſm Barto. ibi ⁊ propter etatem impuberis: vnde potius ꝓbat contrariū arguendo ab istis specialibus que innuunt contrariū esse ius cōe. item in cōtrariū pondera tex. in. c. cōparati. ⁊ ibi Bal. in scđo notabili. no. de appel. vbi episcopus habebat excusationez ⁊ nō paruā: q2 fuerat in seruitio regis. ⁊ tū q2 excusatio nō erat iusta, punit vt contumax: ⁊ excōicat. Ad idem fortis text. in. l. ij. §. j. ff. si qs in ius vo. non ie. vbi statuitur ꝙ rusticitas, qñ non interest citantis excusat a vera contumacia: ergo nō quelibet leuis excusatio. dixi plenius in. d. §. hoc iudiciū. Item fortius facit illa. l. ij. in prin. vbi ille non cōparuit q2 nō erat de iurisdictione citantis. ⁊ sic habuit iustā cām: ⁊ tamē non excusat a vera cōtumacia quin possit mulctari. ¶ Not etiā in fi. illud vulgatū ſm Ange. ꝙ tollatur[a] minus incōueniēs vt maius euitetur: cōcordat tex. in. l. j. §. toties. ver. sed ⁊ si incertū. ff. de vē. in pos. mit. ⁊ tex. in. l sed ⁊ si is. §. an aūt. ff. de car. edi. ⁊. l. quoties nihil. ff. de reg. iur. ⁊. c. duo mala. ⁊. c. nerui. xiij. di.

¶ Unde vir ⁊ vxor. Rubrica.

1 Bonorum possessio debet agnosci intra centū dies
2 Maritus ⁊ vxor succedunt sibi inuicem: deficiente omni parentela legitima: vel naturali: in certis casibus, vt hic: ⁊ consequenter vsq3 ad septimam fallentiam inclusiue.
3 Maritus ⁊ vxor non sunt ꝑprie ꝓpinqui: ⁊ multominus illi qui efficiuntur affines per eos. Nec veniūt appellatione ꝓximorū. 4.
5 Uxor an dicatur de familia viri.
6 Testator si legat omnibus de cippo: an vxor vnius de cippo veniat ad partem legati.
7 Lex faciens mentionem de successione viri et vxoris, intelligitur si matrimonium durauerit vsq3 ad mortem.
8 Intelligitur, hec dictio an importet veritatem.
9 Statutū ciuitatis senarum disponens ꝙ mulier non possit testari de dote sua nisi de quarta parte in preiudicium filiorum suorū. an habeat locum in vidua.
10 Persone excludentes fiscum: que sunt vltra maritum ⁊ vxorem.
11 Statutum si disponat ꝙ contractus virorum: seu mulierum non valeant sine cōsensu proximorum: non sufficit consensus quorūcunq3 propinquorum: sed requiritur consensus proximorum.

EMancipatos. † Not. ex isto text. ꝙ inter succedentes ex testamento de iure. C. non habet locū collatio. ⁊ cōcordat. l. filie dotē. j. eod. ⁊. l. si filia. ff. de colla. do. ¶ Et istud pcedit etiā in filijs in potestate. l. filiam testamento. j. eo. ⁊. l. filie dotē. j. eo. ⁊ declarat glo. hic. Et dum dicit tex. fratri. intellige. s. in potestate: q⁊ si essent emācipati inter eos non haberet locum collatio. l. si emācipati. j. eo. q⁊ tunc cessat ratio. j. assignata. ¶ Et triplicē rationem tex. assignat Bal. hic: ⁊ pro scda eius ratione facit tex. in l. cū hic status. in prin. in ver. confirmatū. ⁊ ibi glo. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. tamen due vltime rationes nō placent: q⁊ qui nō infirmat actū, bene intelligitur tacite cōfirmare quando esset in ei⁹ potestate infirmare si vellet: sed pater nō posset infirmare donationem factā filio emācipato: q⁊ statim valet: vt dicam in aut. seque. ergo nō est verum ꝙ intelligatur confirmare. l. titia. la. j. §. lucia. ff. de leg. ij. declarat Cy. in aut. ex testamento. in. ij. col. ad fi. j. eo. Aliam ⁊ quartam rationem assignat Bar. in. l. si emancipati. in pe. col. j. e. ⁊ in. l. pr filiū. in pe. col. ff. de col. do. Aliā fundamētaliorē assignat Pau. de ca. ⁊ do. Alexā. hic: ⁊ Raph. ful. plen⁹ in aut. ex testō. in. j. col. j. e. q⁊ qn pater in testō instituit filios emācipatos, tūc cessat ratio iniurie propter quā pretor adinuenit istum titulū: nam emancipatus ex testamēto est cognitus: ⁊ succedit de iure ciuili. §. ceteri. insti. de here. quali. ⁊ diffe. l. si ex duob⁹. in prin. ff. de bo. pos. contra ta. Bar. in. l. illud. §. fi. eo. tit. Et per hoc patet 2 ꝙ illud qd no. Fulg. hic: ex isto tex. † ꝙ pater in testamēto pōt derogare iuri publico. s. collationi: nō est bene dictū. ¶ Tu aduerte ꝙ ista vltima ratio, licet subtilis, tamen est periculosa: q⁊ si bene consyderas pretor admittēdo filios emancipatos fecit duas iniurias filijs in potestate. vna est: nam de iure ciuili emancipati erant penitus incogniti, ⁊ nō successissent patri. ⁊ in hoc bene verum est ꝙ quando pater fecit testamentū cessat ista prima iniuria pretoris: q⁊ emācipati instituti in testamēto bene sunt cogniti de iure ciuili. ita procedit ratio Moder. hic. Secunda iniuria pretoris est, que fit admittendo filios emancipatos. nā filij in potestate quicquid acquirunt, acquirunt patri. sed mortuo patre filij emancipati qui admittuntur a pretore habent dimidiā istorum bonorum quesitorum per filios in potestate: ⁊ tamē filij emācipati quicquid acquisierant erat eorum proprium. ideo pretor per hunc titu. ordinauit ꝙ emancipati teneantur conferre fratribus, qui remanserunt in potestate patris illud qd acquisiuissent patri si nō fuissent emancipati. ⁊ ista scda iniuria non cessat dato ꝙ pater fecerit testamentū: ergo ista ratio Moder. non est vera: dū dicunt quod condito testamento cessat ratio iniurie propter quam adinuenta est collatio. nam bene cessat prima: sed nō secūda propter quam immediate est inuenta collatio a ptore. ¶ Itē aduerte ꝙ predicta ratio procedit quo ad filios emancipatos: sed in filijs in potestate est alia ratio. s. vt equalitas seruetur inter liberos. l. vt liberis. ⁊. l. illud. j. eo. tene tū precedētem opi. Moder. ⁊ eorū a rationē: quia vtriusq iniurie pretor tunc non est causa: ⁊ cessante causa propter quam pretor introduxit collationem per consequens cessat ipsa collatio. l. adigere. §. quis. ff. de iur. patro. quia tunc vtriusq iniurie pater dicitur causa. si qua iniuria potest dici: que tamen dici non potest: ex quo pater ex testamēto vocauit: qui sicut instituit emancipatū, ita potuisset quenlibet extraneum instituere, qui in nihilo fuisset obligatus cōferre. Uide tamē pro limitatione tex. in. l. fi. C. communia vtriusq iu. qui fm Barto. ⁊ omnes ibi: est singu. ⁊ non reperitur alibi: prout etiā dicit Ange. in aut. ex testamento. j. eo. Item vide tex. in. l. ex parte. §. j. ff. fam. hercis. glo. in ver. indiuisum dic melius ꝙ etiam si sine errore ab intestato successissent dūmodo ab intestato nō cōsequant plusꝙ habuissent ex testamento: adhuc conferre non tenentur. secūdum Moder. hic: per text. in. l. si filia fuerit. ff. de colla. dot. ⁊. l. si filius qui mansit. ff. si quis omi. cau. testa. quicquid dicant Jaco. butri. ⁊ Sali. hic.

¶ Collatio. Adde Cy. in. l. posthumo. j. eod. Pau. de lea. i cle. j. de. sup. ne. prela.

Jason Pisis.

1 ☞ Collatio hodie cessat: siue ex testamento: siue ab intestato, si pater hoc expresse prohibuit. ergo a contrario sensu si pater non prohibuit collatio habet locum.
2 Pater si permittit filio percipere vsumfructum de bonis aduenticijs: qui de iure debet acquiri patri: intelligitur talem vsumfructum donare filio.
3 Donatio simplex facta a patre vel matre: ipsis mortuis in quibus casibus debet a filio conferri fratribus. ⁊ nu. 5.
4 Donare: ⁊ concedere in peculium qualiter differunt.
6 Donatio simplex facta p patrē filio in potestate hꝫ vim relicti.
7 Quid si non interuenit traditio.
8 Falcida an possit detrahi de donatione facta filio a patre: sicut detrahitur de legatis.
9 Donatio simplex facta a patre filio in potestate: an debeat cōferri fratribus mortuo patre.
10 Cautela qliter fili⁹ poterit retinere libros datos sibi a pre. ibidē.
11 Donatio librorum facta filio an censeatur donatio simplex: vel ob causam studiorum.
12 Femina an possit habere peculium castrense: vel quasi.
13 Donatio facta ab imperatore: an extendatur ad regem, quo ad preeminentiam.
14 Donatio simplex facta filio emancipato: an debeat conferri fratribus. hec est longa disputatio vide eam diligenter.

EX testamento. Ista aut. est summarum §. illud. in aut. de triente ⁊ semis. vnde sumit. ideo non summo. ¶ † Nota ex isto 1 tex. ꝙ hodie ex testamento vel ab intestato cessat collatio inter fratres, quando pater prohibuit expresse. ergo a contrario sensu si pater non prohibuit expresse, habet locum collatio etiam cōdito testamento: ⁊ sic in hoc corrigitur. l. j. s. eodē Et ex

hoc subtiliter not. Ludo.ro.hic: q licitum est sumere argumētū a contrario sensu ad correctionem iuris antiqui. quando lex noua in sensu directo nil operaretur. vt in hac autē. et fuit ante eum doctrina Bal. in.l. obseruare. §. proficisci. in.iij.q. ad fi.ff. de offic. proconsul. et leg. istud plene examinaui in.l.j. in princi.ff. de offic. eius. ideo non pono hic. ¶ In text. ibi et aliorum datorum. subdit Ange. in lectu. florentina 2 † q si pater permittat filium percipere vsumfruct. de bonis aduentitijs, qui de iure debet acquiri patri.l.j. et per totum. C. de bo. mater. intelligitur donare talē vsumfruct. filio: adeo q mortuo patre non tenebitur fratrib⁹ conferre l.cum oportet. §. sin autem. vbi singu. tex. de hoc. j. de bo. que libe. Adde q istud idem expresse tz Bal. hic in duobus locis: scilicet in.ix. et in.xiiij. colum. Sed tu aduerte, credo eos decipi: et errare, nam bene veruz est q iste est vnus casus singularis in quo donatio inter patrem et filium[a] in potestate statiz valet: scilicet in vsufructu aduentitiorum. text. est singu. in illa.l. cū oportet. in hoc bene dicūt: et dum subijciūt q mortuo patre filius nō teneat cōmunicare seu conferre, male dicunt: quia in oibus casibus in quibus statim valet dona. inter patrem et filium in potestate, regulariter filius tenetur tale lucruz cōferre: vt statim. j. firmabo. et d. Alex. hic in.iiij. col. enumerat inter alios dictū casuz.l. cū oportet. et in illo dicit q filius mortuo patre tenetur cōferre: tamen nō facit mētionem de Bald. et Ange. tenētibus cōtrariū. ¶ 3 † Glo. in verbo datorum. ista glo. principaliter fuit facta pp̄ter contrarium.l. illud. §. fi. j. eo. vbi decidit q donatio simplex facta a patre vel matre, eis mortuis non debet per filium cōferri alijs fratribus, nisi in duobus casibus. Primus est qn̄ pater hoc expressit. Secundus rōne equalitatis seruāde, qd̄ alius filius haberet donationē ob causam: quaz dz cōferre, sed ista auth. in eius generalitate vult contrariuz. pp̄ter istud ɔtrariū facta est hec glo. que recitat duas principales opi. Una est/ donatio simplex etiam hodie non dz cōferri: et sic illa.l. illud. hodie est incorrecta nec corrigitur p hāc auth. q: ista auth. nō loquit de donatione simplici. sed de donatiōe facta ob causam, dū dicit de donatiōe cā dotis: et subiūgit et aliorū datorū. nā dictio aliorū, est repetitiua similiū. glo. in.l. si fugitiui. §. de ser. fu. etiā si adijcit dictio vniuersalis: vt dixi i.l. pe. §. qui admit. intelligit ergo de alijs datis ob cām: vt in donatione propter nuptias: vel qn̄ pater donat causa militie, vel causa studij. Et sic vides quod donatio que fit ex aliqua causa est minus priuilegiata/ q illa q̄ fit simpliciter: q: prima mortuo patre dz cōferri cū fratrib⁹: secūda nō. ¶ Et sic apparet q ista auth. que loquit in donatione ob causam que dz conferri, non corrigit. d.l. illud. §. fi. que loquitur de donatione simplici: et vult q illa nō debeat conferri: dicit tamen glo. q istud fallit in tribus casibus. Primus est clarus. Secūdus est qn̄ pater tēpore quo donauit expressit hoc quia volebat illud donatū debere conferri: alleg.l. si qn̄. §. fi. §. de inoffi. testa. que dicit q donatio simplex facta per patrē filio in potestate cōputat filio in legitimā, qn̄ pater hoc expressit: vt dicit ille tex. Modo regulā habem⁹/ q quicquid cōputatur in legitimam etiam confertur.l. illud. ij. rn̄so. j. eo. tamen ista limitatio expressi⁹ probatur in illa.l. illud. in fine. Tertius casus est f'm glo. et est valde difficilis: quādo pater donat filio[b] vt filio, siue vt habeat in peculio pfectitio. alleg.l. si donatione. j. eod. ¶ Hic aduerte: nam quando pater donat filio: sed non vt filio: hoc est non moueretur pater ad donandum affectione filiali: sed pp̄ter aliqua merita filij erga patrem: et sic pater donat contemplatione meritorum filij: est perinde acsi donaret extraneo. et censetur aduentitium. glo. est not. et ibi dicetur in.l. si donatione. j. eo. oportet ergo q pater donet filio: vt filio: et sic solum propter respectum filialem: quia filius est. et isto casu pater non intelligitur donare: sed concedere in peculium. 4 † Nam debes scire q differentia est inter donare et concedere in peculium: nam donare est abdicare a se in totuz rez que donatur, et eius dn̄ium et pp̄rietatez in alium transferre. nō sic est concedere in peculium: nam concedere rem in peculium, est permittere alicui vsum et administrationem rei, retento tamē sibi dominio. dicit ergo glo. et ista est mens eius: qd̄ quādo pater dat aliquam rem filio: vt filio: nō intelligitur eā sibi donare: sed solū concedere in peculium: et isto casu tenet cōferre cum fratribus: sic intellige.l. si donatione. j. eo. in.ij. rn̄so. et quia istud videtur diuinare ad illum tex. ibi declarabo. Tamen glo. inepte locuta est: q: cū peculia remaneant in dominio patris: vt dixi, mortuo patre diuiduntur sicut alie res patris. ideo in eis non cadit proprie collatio.l. certum. §. fami. herci. ¶ Item et quarto intelligit glos. illud quod dictum est donationem simplicē nō esse conferendam, qn̄ fuit facta filio in potestate: si autem fuisset facta filio emācipato: tunc dicit glo. qd̄ ex quo talis donatio inter patrem et filium emācipatum statim valet.l. pater. §. de inoffi. dona. nō tenetur emancipatus eam cōferre: etiā qd̄ est fortius si pater istud expressisset. In hoc glo. in vtroq: male dicit. imo q: donatio facta filio emancipato statim valet, illa est que debet pp̄rie cōferri mortuo patre.

[a] ¶ Filium. Adde bal. in.l. qm̄ nouella. et in.l. omnimodo. de inof. test. Io. an. i ad di. spe. in ti. de dona. in. §.j.

[b] ¶ Filio. ad d.l.j.ff. d co. bo. et in.l. certum. fa. hercis. §.

[c] ¶ Simplex. Adde azo. i.l. filiū quē. fa. her. doc. i l. etiā. in. §. si debita. ff. de bo. li.

l. vt liberis. in fi. j. eo. et multo magis quando pater istud expressisset: saluo quādo emancipatus nollet esse heres.l. pe. et fi. de colla. do. §z Ang. et Moder. hic. ¶ 5 † Quod aūt donatio simplex facta filio in potestate non debeat cōferri fratribus mortuo patre probat glo. fundamentis duobus, ibi. Item q: ¶ Primum est q: ista auth. cū uis sit noua, et disponat oīa data a patre debere ɔferri: tamen ista.l. noua debet distingui per leges antiquas: et sic limitari per.l. illud. §. fi. j. eod. vt non habeat locum in donatione simplici. Et vltra glossam ego fortius firmo. nam lex noua, generaliter corrigens. nunquam intelligit corrigere leges aliquid specialiter disponentes. imo potius debet limitari vt nō habeat locum in illis casibus specialibus. gloss. est in.l. sciendum. in prin. ff. qui satis. cog. ergo ista auth. noua et generaliter disponens nō intelligitur loqui in donatione simplici: et sic in casu quē specialiter ponit. d.l. illud. §. fin. ¶ 6 † Scdo mouetur gloss. nam donatio simplex facta per patrē filio in potestate habet vim legati seu relicti: et istud assumptū probat gl. dupliciter. Primo, donatio talis in vita patris nil valet: sed bn̄ ɔfirmatur morte patris.l. papinian⁹. cum glo. ff. de dona. inter virū et vxo. ergo cum confirmetur morte assimilatur legatis: que etiā morte testatoris robur capiūt. 7 † Tamen istud fundamētum non generaliter militaret: q: donatio facta per patrē filio in potestate, tūc demū confirmat morte patris quando interuenit traditio: q: pater viuus quando donauit tradidit. illa bene cōfirmatur morte/ al's secus. glo. est approbata in d.l. papinian⁹. ¶ 8 † Secūdo et fortius, q veruz sit assumptū q donatio simplex habeat vim relicti, probat gl. nam sicut de legatis detrahit quarta falcidie per heredem: ita etiā detrahit de tali donatione. alleg. gl.l. pe. j. ad leg. falci. que nil facit: debuit allegare l. in donationibus. eo. titu. si ergo donatio simplex habet vim relicti: nos habemus q relicta, q: acquirunt post mortem patris, nō conferuntur. glo. ad hoc alleg.l. a patre. j. eo. q̄ nihil facit: melius facit.l. nec emancipati. j. eo. Tamē istud fundamentum glo. nō est firmum. nam donatio simplex et legatum in multis differunt. vt declarat gloss. magistra. in.l. si maritus la scda. §. de dona. inter virum et vxo. patet q: talis donatio si excedat summam quingentoruz aureorū, debet fieri cū insinuatione. tex. est in.l. donationes quas parētes. §. de dona. inter virū et vxo. sed in legatis nō requiritur insinuatio. vt in.l. modestinus. ff. de donat. Ista fuit prima opi. Bandini et aliorū quos recitat gl. ¶ Alia et secūda opi. principalis fuit Io. cremo. et Marti. q imo hodie donatio simplex[c] facta per patrez filio in potestate conferri debeat fratribus/ per istam auth. et sic quod hodie est correcta. d.l. illud. §. fin. Et dicunt Bal. et Sali. hic q gl. nostra sequitur istem opi. ex quo eam vltimam recitat: vt no. Bar. in.l. bona fides. per illum tex. ff. deposi. glo. in.l. qui filiū. §. sabinus. ff. ad trebel. cū mille simili. Sed decipiuntur. q: glo. met. in.l. que pater. in glo. mag. ad fi. ff. fam. her. dicit se tenere primā opi. Et qd̄ dicta.l. illud. §. fi. sit hodie correcta per hanc auth. probat glo. vulgato ar. per generalitatē huius auth. item q: indistincte loquit: ergo indistincte debet intelligi. tamen ex dictis in precedētibus ad hoc ptz responsum. ¶ Itē mouetur gloss. q: dos data per patrē filie exiit de patrimonio, tamē confert. ergo multo magis donatio simplex. Sed responde quod ideo est, q: dos traditur per patrē filie ex necessitate legis: q: necessitas cessat in donatione simplici: vt declarat Barto. in.l.j. §. nec castrense. in.iij. col. in fi. ff. eo. et ante euz Cy. in.l. filie licet. in.j.q. j. eod. sic habes declaratā totā glo. ¶ 9 † Nūc reassumo in dubium nunquid donatio simplex facta per patrē filio in potestate. mortuo patre debeat cōferri cū fratribus vel ne. et sic totus punctus est videre nūqd.l. illud. §. fi. j. e. sit hodie correcta p hanc auth. et in corpore vnde sumitur. Et vt clarius habeas, distingue in duos articulos principales. Primus est qd in donatione simplici facta filio in potestate. Secūdus est quid in donatione simplici facta filio emancipato. ¶ Circa primum licet Bald. dicat q varie fuerūt opiniones: tamen due principales sunt. vna Io. et Mart. relata in fi. glo. q sic. et sic qd̄ sit correcta. d.l. illud. §. fi. Et istā sententiaz tenuit Ray. hic: qui multum audacter dicit, q si haberet consulere, cōsuleret pro hac parte, p tex. dict. §. illud quoq:. iuncta eius ratione in auth. de trien. et semis. vnde sumitur ista auth. tu responde vt per do. Alex. hic. Istam opi. etiam tenet Iac. de bel. in d. §. illud. Pro ista opi. multa adducuntur per Cyn. hic: que per te videas. ¶ Sed vnum fortissime stringit, quod per alios nō satis enucleatur. s. tex. in.l. si donatione. in scdo respōso. j. eo. in quo tex. videre meo vertitur principaliter difficultas. ibi enim dicitur q fundus donatus a patre filie in potestate non debet esse precipuus: ergo debet conferri. Et si dicas prout dicunt docto. quod ibi fundus non fuit donatus filie, sed cōcessus in peculium: dico q iste cōmunis sensus stare non potest. primo quia diuinat ad illum tex. Secūdo et fortius q: est directo contra verba clara illius tex. dum dicit q fundus filiefamilias fuit a patre donatus: ergo nō cōcessus in peculium. Tertio q: si tex. ille loqueret quando fundus

fundus non fuerat donatus:sed concessus in peculiuz:tex.ille re maneret de indubitabili.quia ille casus erat expresse decisus in.l. precedenti. Pro certo tex.ille multum stringit. Posses dicere ꝙ dato quod.d.l.si donatione.decideret quod donatio simplex de beret conferri:tamen illud fuit expresse correctum.per.d.l.illud. vbi tex.expressus de hoc.¶ Tamen qz vitanda est legū correctio c.cum expediat.de elec.in.vj.l.vnica.in fi.C.de inoffi.doti.ne inci damus in hoc absurdum,ego sustineo cōem intellectū.z dico qd in.d.l.si donatione.in scdo responso fundus non fuit donatus fi lio:sed concessus in peculium.z istud videbitur tibi prima fronte valde durū:quia verba tex.sunt clara dum dicit donatus.sed hic erit verus:z hoc ostendo vna ratione:nam ego habeo ꝙ ad hoc vt pater intelligatur donare rem filio,oportet ꝙ vel eam emerit noie filij:z filio tradiderit:tunc tantum intelligitur donare:tex.est fm cōem intellectum.in.l.filie cuius.§.fami.hercis.vel quādo pa ter donat propter benemerita filij,que precedunt:alias si non ap pareat ꝙ pater emerit rem noie filij,vel ꝙ precedunt benemerita filij:pater dando simpliciter rez filio,etiā si vtatur verbo donare, quia expresse dicat dono:tamen non intelligitur donare:sed con cedere in peculiū tantū.sic non debet te mouere verbum dona.ibi in tex.positum.text.est clarus de hoc in.l.qd fructuarius.in fin.ff. de acquir.rer.do.z.l.si.ff.de pecu.leg.z in.l.cuz pater.§.pater plu ribus.z ibi glo.z Bart.de hoc.ff.de leg.ij.sed in illa.l.si donatio ne.ij.responso.non apparet ꝙ fundus fuerit emptus nomine fi lij.Item non apparet ꝙ precesserint benemerita filij:nec ista pre sumi debent:quia facta non presumuntur nisi probentur.ergo cū ille tex.loquatur in casu dubio,ꝙuis vtatur verbo donatus,non tamen intelligitur donatus,sed concessus in peculium:et ista est pulchra z subtilis iductio de illo tex.¶ Cui nō obst.si dicas ꝙ istud erat decisum in.l.precedenti.quia respondeo singu.quod.l.pre cedens loquitur quando pater expresse concessit in peculium.sed d.l.si donatiōe.ponit pulchrum casum quid in dubio dato ꝙ pa ter vtatur verbo dona.¶ Secundo pro ista sententia stringit:nā donatio simplex que morte confirmatur cōputatur filio in legiti mam.l.filium quem habentem.scdm.iij.lec.C.fa.herci.probatur in.l.etiā.§.si debita.ver.sed z mortis.ff.de bo.lib.bar.in.l.in quar tam.in vlti.col.ff.ad leg.falci.sz ea que computantur in legitimaz illa cōferri debent.l.illud.in prima regula.j.eo.Respondet domi. Alex.hic:ꝙ illa equiparatio non procedit in his qui habent vim relicti.patet:quia relicta cōputantur in legitimā:z tamen nō cō feruntur.l.filie licet.z.l.filiam cū fratribus.j.eo.Uel potes respon dere rectius ad argumentum,ꝙ imo donatio simplex non com putetur in legitimaz nisi expresse sit dictū.l.si quando.§.z genera liter.§.de inoffi.testa.z.l.si non mortis.ij.rūso.ff.de inoffi.testa.z.l. etiam.§.si debita.ff.de bo.lib.z tunc qñ est expresse dictū etiaz cō fertur.d.l.illud.in fi.¶ †Scda principalis opini.vera z cōis est,ꝙ talis donatio^a simplex facta filio in potestate non debet conferri mortuo patre:quam expresse firmat glo.in.l.que pater filio.in gl. magna ad fi.ff.fami.herci.hāc sequūtur antiqui:z Mod.docto. hic:z Jo.an.in addi.in ti.de dona.§.j.in addi.que incipit:z scias. Oldra.lau.qui dicit hanc opi.esse cōiorem,in cōsil.cl.incip.si qs verba donationis diligēter attendet.Bar.in.l.j.§.nec castrēse.in vlti.col.ff.eo.Bal.in.l.quoniā nouella.in princip.z in.l.oimodo.§. imputari.§.de inoffi.test.z in.l.filie cuius.§.fa.herc.z in.l.si dona tione.in.j.col.j.eo.¶ Pro ista sntia multa adducūtur per Cy.hic: z dicit do.Alex.ꝙ est text.ꝑpter quē nō est opus disputare,in.d.l. illud.§.fi.j.eo.z in.l.filie.§.fa.her. Sed errat:qz dubium est nun quid illa.l.illud.sit correcta hodie:z sic cū istud sit proprie de quo disputat,an illa.l.illud.§.fi.sit hodie correcta,ideo non potest de illo tex.fieri fundamentū.Preterea Ludo.ro.in.l.si emancipati. j.eo.subtiliter probat qd.d.l.illud.§.fi.necessario loquit in dona tione simplici facta filio emancipato:nō autem filio in potestate vt dicam.j.in arti.seq.¶ Pro ista sententia bene facit/ quia do natio simplex.nō valet in vita patris : sed tātum confirmat mor te,ergo tanꝗ quesita post mortem patris ꝯferri nō dz.l.nec emā cipati.j.e.nec dicas ꝙ trahat retro,ergo conferri debeat.l.ij.§.id quoqz.ff.eo.qz verum est ꝙ trahit retro quo ad fructus tantū: vt declarat Bart.in.l.sub conditione.ff.de solu.¶ Pro ista senten tia vltra alios videt stringere.nā collatio dz hodie fieri rōne equa litatis seruande inter fratres.text.est in.§.illud quoqz.el.j.in aut. de trien.z semis.vnde sumitur hec aut.sed habeo ꝙ ratio equali tis militat qñ alius frater hz donationem ob causam.text.est in d.l.illud.§.fi.j.e.ergo donatio simplex de per se cōferri nō debet: quia cessat ratio equalitatis.Sed caue quia aliter sumitur ratio equalitatis in illo.§.illud.aliter in.d.l.illud.§.fi.si bene cōsydera bis.¶ Stat ergo cōis cōclusio,ꝙ donatio simplex facta ꝑ patrē filio in potestate,mortuo patre nō dz fratribus cōferri:ex quo de facto nō valet in vita patris,sed per mortē cōfirmat.¶ Ista con clusio fallit in casibus positis hic in gloss.q sunt tres.¶ Quarto limita nisi pater donasset filio in potestate,dehinc eū emācipasset in vita:quia cum per emancipationez statim cōfirmetur donatio l.siue emancipatis.C.de dona.l.donatiōes.la.ij.§.pater.ff.de do na.certe talis donatio debet cōferri fratrib^9.ita expresse Bar.in d.l.j.§.nec castrēse.vj.col.in fi.ff.eo.Bal.in.d.l.quoniā nouella.in prin.Salic.z Moder.in.l.vt liberis.j.eo.z facit qz donatio sim plex.facta filio emancipato,^b qz statim valet,bene cōfertur.vt sta tim dicam in sequenti arti.¶ Et per hoc redditur dubia caute la quā ponit Bar.post Albertū de bobio.z Jaco.de arc.in.l.do nationes.ij.§.pater.ff.de donat.vbi per illū tex.ponit cautelā qua mediante filius poterit habere precipuos libros,quando venit ad diuisionem cuz fratribus.s.ꝙ talis filius faciat se emācipari a patre:nā statim confirmabit donatio.per illū text.Et mas cau telam sequuntur ibi simpliciter Jo.de imo.Pau.cast.z Rapha. cuma.ibi z Fulg.Lud.ro.z do.Alex.in.l.si donatione.j.eo.z ibi dem Alb.in vlti.col.Et pro illa cautela facit text.melior de iure. ad hoc.in.l.que pater.ff.famil.herc.facit.l.j.C.de pecu.eius qui li ber.mer.Lud.ro.in.d.l.donationes.§.si pater.dicit ꝙ illa cautela Bart.est supflua.nam Barto.vult filium debere emancipari:vt donatio librorūz statim valeat.dicit Lud.hoc nō esse necessariū quia licet regula sit ꝙ donatio facta inter patrem z filiuz in pote state nihil valeat.l.ij.§.de inoffi.dona.fallit quādo pater donat filio in potestate causa studiorum,^c talis donatio valet statim:qz causa studiorūz,z causa dotis equiparantur.fm glo.l.j.ff.soluto matri.per quam glo.Bal.z Ange.ibi determinant talem dona tionem factam causa studiorum statim valere. Est verum quod. Jmo.in.d.l.j.z do.Alexā.in vlt.col.z in.l.si donatione.in antipe. col.j.eo.tenent contrariū.¶ Ego dubito de ista cautela Bar.li cet nō inueniā ab alio tactuz:z mihi videtur ꝙ illa cautela sit ma gis damnosa quam vtilis:quia emancipatio filij facit vt potius debeat fieri collatio,que nō fieret si non esset secuta emancipatio: patet ex proxime dictis:quia filius in potestate si emancipetur,te netur conferre donationem quā alias cōferre non tenebatur:z li cet emancipatio faciat donationem statim valere:tamen quando donatio statim valet:illa debet conferri que nō veniret conferen da si confirmaretur morte.Et nullo modo video:z tu cogitabis quid prosit emancipatio filij in illa cautela Bart.imo potius no cet.¶ Nec dicas qd Barto.ibi:loquatur quando filius nolebat esse heres patris,quo casu conferre non tenetur.l.pe.z fi.ff.de col la.do.quia Bart.loquitur quando volebat esse heres:dum dicit ꝙ in diuisione quā facit cū fratribus habebit libros precipuos. Tu aduerte ꝙ recte intelligendo Bar.bene loquitur:nō enim lo quitur Bar.quando pater donauit libros filio,qz si donasset cla rum est ꝙ non conferunt.per.d.l.que pater.Bar.in.l.si donatiōe. vbi dicetur.j.eo.z sic non esset opus illa cautela,sed Bart.loquit fm terminos illius.§.pater qui.qñ pater non donauit libros fi lio:sed solum in peculium cōcessit.qd in dubio presumitur.scdm qd dicetur in.d.l.si donatione.j.eo.certe si filius in potestate qui habuit libros a patre vult eos habere precipuos:faciat se eman cipari a patre.nam si pater expresse nō ademerit in emācipatiōe videt donare:vt est ibi text.z clarior tex.in.l.j.C.de pecu.eius qui e liber.meruit,z sic illa cautela est potius ad faciendum patrez do nare mediante emancipatione.z ista est veritas.¶ †Nunquid ta men illa donatio librorum^d cēseatur donatio simplex:an vero do natio ob causam studiorum,non examino nunc.ponit.d.Alexā. in.d.l.si donatione.j.eo.¶ Quinto limita predictam conclusio nem nō pcedere in donatione simplici facta per regem vel impe ratores,vel aliū qui nō recognoscit superiorem,filio in potestate: quia illa bene debet conferri fratribus:ita limitat Ludo.ro.hic: motus vna ratione.nam ideo donatio simplex facta filio in po testate conferri non debet:qz non valet in vita patris :sed confir matur per eius mortez,z sic assumit naturam relicti:sed donatio regis facta filio in potestate statim valet,sicut valet donatio re gis facta regine:que valet constante matrimonio: cum alias do natio facta^e inter virum z vxorem nihil valeat:sed morte confir matur:vt.l.donatiōes quas parentes.C.de dona.inter vir.z vxo. per quem text.in terminis decidit Bal.ꝙ donatio regis^f facta fi lio in potestate statim valeat:vt.c.j.§.item sacramenta.de pac.iu ra.fir.ergo cum statim valeat,debet fratribus cōferri. Istud idē voluit do.Alexā.hic:in.iij.col.licet nō exprimat:dum dicit ꝙ in omnibus casibus in quibus valet statim donatio inter patrem z filium in potestate,fili^9 tenetur cōferre.inter alios enumerat illū quem ponit Bald.in.d.§.item sacramenta.ergo vult quod in illo casu filius teneatur conferre:non facit tamen mentionē de Lud. ro.¶ Sed mirandum est de his patribus,qui dixerunt cōtra ca sum.l.ad literam.nam bene verum est ꝙ donatio facta per regez filio in potestate statim valet: hoc bene dicunt iura preallega.et istud idem tenet Ludo.ro.in.l.si vero.§.de viro.in.xvj.col.ff.sol. mat.z.d.Alex.in.l.quāquā.j.de testa.mili.sed dum postea dicūt ꝙ talis res donata per regem:qz statim valet,debet cōferri fratri bus:in hoc errant:qz in cōtrariūz est tex.sing.in.l.cū multa.C.de

a ¶ Donatio. Adde bar. in.l.j.ff.de coll.Bal.i l.cū virū.in iij.col.C.de fideicom.

b ¶ Emanci pato. Adde Bal.i quo dā ꝯsil.inci. punctus ta lis est.bal. in.l.ij.cōia de le.ooc.in l.ad eū.i.§. aula.ff.de dona.

c ¶ Studioꝝ. Adde bal. in.l.cū opz. in.§.j.C.de bo.q li.bal. in.l.teri.§. de aduo.di uer.iudi.

d ¶ Libroꝝ. Adde bar. in.l.donatio nes.ij.in.§. pr.ff.de do na.Bal.i.l. j.ff.so.mat. Bald.in.l. macedonia ni.C.ad ma cedo.Bal.i l.oimodo.in §.iputari.C. d inoffi.test. Pau.de ca. ꝯsil.ccxxiij. incip.v.r di cendū ꝙ di cti here.bal. ꝯsi.xxj.icip. qnqz querū tur.i.iij.vo.

e ¶ Facta.ad de bar.in.l. ij.§.ab vro ris.ff.de do. iter viruz et vxo.Bar.i l.nec vtilem. ff.ex q.cau. ma.

f ¶ Regis. Adde Lu. ro.i repe.c. §.de viro.in l.si vero.ff. sol.matri. Joā.an.in addi.spe.in tit.d do.§. j.in vsi.hoc scias.Lud. ro.ꝯsi.cccc. xlvj.incipi. prim^9 ꝑpo site cōsulta tionis arti culus.

bo.que hbe.vbi singu.deciditur q quelibet donatio facta p imperatorem nõ solum filio:imo cuilibet.extraneo,nõ solũ masculo imo femine,habet naturam castrensis peculij:z censetur peculiũ castrense.†Et pptere a Bal.dicit ibi no.hic casuz sing.in quo femina potest habere peculiuz castrense vel quasi.si ergo censetur peculiũ castrense,clarũ est q castrensia vel quasi nõ conferunt.l.j.§.nec castrense.ff.eo.l.filie licet.j.eo.¶†Et licet tex.in.d.l.cum multa.loquatur in donatione facta p imperatorem,tamẽ extẽditur ad regẽ:ex doctrina elegãti Bal.in.l.pe.C.de dona.inter vi.z vxo.z ita in specie cõsuluit Old.in consi.ccly.z in specie ad.d.l.cuz multa.firmat And.de iser.in.c.j.in.iiij.col.de his qui feu.da.poss.z pariter extendi debet ad oẽm aliũ principẽ qui superiorez non recognoscit de iure vel de facto:q: hz vim imperatoris.fm Bar.in.l.hostes.ff.de cap.¶Limita etiam in oĩbus alijs casib⁹ in quib⁹ donatio statiz valet inter patrẽ z filiũ in potestate:quos enumeraui in.l.frater a fratre.ff.de condi.inde.in oĩbus illis casib⁹ debet cõferri fratrib⁹ cũ statim valeat:vt etiã firmat Alexã.hic:in.ij.colũ.Nisi in vno casu,quando pater donasset filio propter benemerita filij:q: valet statim donatio,sicut si extraneo donasset:sed censetur peculiũ aduentitiũ,quasi quesitũ industrijs filij.fm gl.l.si donatione.vbi dicitur z glo.in auf.vnde z si parẽs.C.de inoffi.testa.sed aduentitia hodie non conferunt.l.fi.j.eodẽ.¶Septimo limita quando pater fecisset donationẽ simplicem filio emancipato:emancipatus tenetur conferre:certe si etiaz fecisset donationem simplicez filio in potestate:tũc filius in potestate teneretur cõferre emancipatis rõne equalitatis:sicut emancipatus confert.l.illud.§.fi.j.eo.Et licet ille text.loquatur qñ alius frater habebat donationẽ ob cãm que conferri debet,q tunc donatio simplex cõferatur,tñ extendet ad casum pdictuz.p R aph.fulgo.Pau.de ca.z do.Alexan.ibi.Et sic habes expeditum primuz principalẽ articulũ.¶†Secũdus articulus est/qd in donatione simplici facta filio emancipato:nũquid illa debeat cõferri:clarũ est q talis donatio statim valet.l.ij.scdo rñso.§.de inoffic.donat.cuz alijs allega.§.in.iiij.limitatione precedentis articuli.Nec isto casu potest intelligi q pater donando cõcesserit in peculiũ:vt dicebatur in articulo precedenti:q: emancipati peculiũ habere non possunt:z si habeant desinit esse.l.fi.C.de inoffi.test.¶Iste est subtilis passus,z longe difficilior q precedens articulus:in quo glo.hic tenuit q nõ teneat emancipatus cõferre talem donationẽ simplicẽ:ex q̃ statim valet.z qd est fortius etiã si pater donans hoc expresserit:sed vtrunqz reprobaui in glos.Istã opi.gl.q emancipatus non teneat conferre donationẽ simplicem,tenuit Oldr.hic:qui dicit sic sepius fuisse consultuz Padue per se z alios iuris peritos/prout refert Bal.hic.in.iiij.col.Istam opi.tenent Nico.mutineñ.z Iacob.de are.in.l.vt liberis.j.eo.put ibi referunt Cy.et.Bar.¶Pro ista sñia tria valde stringũt omissis leuibus.Primo stringit tex.in.d.l.illud.§.fi.vbi dicitur q donatio simplex nõ confert:nec dicas q loquat in donatione simplici facta filio in potestate.nã in illo tex.nõ curatur de patria potestate:patet q: loquitur de donatione facta nõ solũ a patre:sed etiaz a matre.z claruz est q mater nõ habet filios in potestate.§.femine.institu.de adop.z sicut valet statim donatio facta per patrez filio emancipato,ita valet donatio facta a matre filio.l.si constante.C.de dona.inter virũ z vxorẽ.¶Huic fundamento respondet Bal.hic in.iij.col.qd.d.l.illud.quaten⁹ loquit de matre,loquit in his qui nec sunt sui nec emancipati:sed participant de natura extraneorum:nimirũ si nõ gferunt.z aliud nõ dicit.¶Aliã respõsionem tradit Bar.in.d.§.nec castrense.in pe.col.quem sequũtur Fulgo.Ludo.ro.z.d.Alexã.hic:sequitur Pau.de cast.in.d.l.vt liberis.j.e.vbi dicit q nõ posset dari melior ratio quã sit illa bar.nam dicit Bart.q aliud est in filijs emancipatis,qui bene tenentur conferre donationem simplicem:vt est tex.melior de iure.d.l.vt liberis.in fin.aliud est in filijs respectu matris:q: nec sui sunt,nec emancipati.nam tales filij olim de iure ffo:um nihil penitus cõferre tenebãtur:vnde per.d.l.illud.satis fuit statuere:q teneantur donationez simplicem cõferre:quãdo emergeret inequalitas qua cessante nõ tenẽtur conferre:sed emãcipatus olim iure ffo:ũ omnia cõferre tenebatur,nimirum si tenetur conferre hodie donationem simplicẽ.d.l.vt liberis.§.fi.¶Ego assigno clariorẽ rationem diuersitatis,quaz cogitaui dũ essem scholaris,z multum placuit preceptori meo.d.Alex.imo.nam ratio quare pretor statuit in emancipato,q teneat oĩa conferre,est,ppter iniuriã quaz fecit filijs in potestate admittẽdo ad successionem emãcipatos.q de iure ciuili erant incogniti.ita dicit text.in.l.j.in prin.§.eod.declaraui in.l.j.§.eo.ideo in recõpensationẽ statuit q tales emancipati teneant oĩa conferre:sed ista iniuria pretoris cessat in filijs in successione matris:q: filij succedũt matri de iure ciuili absqz pretore per senatuscõsultũ tertullianum.ideo in filijs in successione matris seruatur idem prout in filijs in potestate in successiõe patris:quia vtrobiqz cessat iniuria.sicut ergo filij in potestate in successione patris non conferunt donationẽ simplicem:nisi quãdo emergit inequalitas:ita pari modo filij in successione matris non conferunt donationez simplicem nisi emergat inequalitas.text.est qui propter hoc equiparat vtrunqz casum in.d.l.illud.§.fi.j.eo.z ista responsio est fundamentalis z multuz mihi placuit.¶Et si dicis data ista ratione pro vera sequeretur quod nec etiam donationem ob causaz debet teneri conferre:cuz in ea cesset ratio iniurie pretoris.qd est contra istã auf.z in corpore vnde sumitur:dico q text.in.§.illud.in auten.de trien.z semis.vnde sumitur ista auf.vult in donatione simplici seruari iura antiqua dum dicit scdm quod olim dispositum est:z sic stante firma decisione.d.l.illud.§.fi.z quia subdit omnibus que de collationibus sancita sunt in sua virtute manentibus:sed in donatione ob causam,vult collationem fieri ratione equalitatis seruãde:vt ibi dicit tex.z declarat Bar.in.l.pater filiuz.ff.de colla.do.Bal.in.d.l.illud.circa prin.que ratio militat in filijs in successione matris Tamen caue:quia adhuc vnũ ob.nã ideo donatio patris collata in filium in potestate non confertur,quia non statim valet.et ideo assumit naturam relicti:sed illa que fit a matre statim valet vt predixi.Tutius tamen est tenere rationẽ Bar.pro minus periculosa.¶Scdo pro ista parte stringit fortiter tex.in.l.ij.in scdo responso.§.de inoffi.dona.vbi est text.q si pater filio emancipato fecit immensam donationem,eo mortuo fratres possunt eam reuocare tanq inofficiosam,quo ad partẽ spectantẽ ipsis fratribus:ergo ibi probatur q filius emancipatus non tenetur donationem simplicem fratribus gferre:q: si habuisset communicare fatribus,fratres nõ reuocarent tanquam inofficiosam.Tamen potes clare respondere/q loquitur quando filius emancipatus qui habebat tantã donationez nolebat succedere patri.prout est verisimile:quia tunc conferre nõ teneatur.l.pe.z fi.ff.de colla.bo.¶Tertio pro ista parte stringit ista auf.que loquit in filio emancipato,qd probo:q: venit ad correctonẽ.l.j.§.eo.Sed responde,ista auf.loquitur in donatione ob causam:vt declaraui in precedenti articulo:nõ in donatione simplici.Adde q istam opi.tenet Lud.ro.nõ hic:sed in.l.si emancipati.j.eo.z ibi audacter/dicit q si casus sibi contingeret ita consuleret:et ita iudicaret.z eum refert do.Alex.ibi:in vlti.col.motus per text.in.d.l.illud.§.fin.vbi dicitur q donatio simplex non debet conferri.Et si respondeas q tex.ille loquat in donatione facta filio in ptãte:non filio emancipato:dicit ipse,z pro certo egregie z subtiliter,q imo tex.ille loquitur in donatione simplici facta filio emancipato:z probat sic.nam tex.in fi.dicit q donatio simplex nõ debet cõferri,nisi huiusmodi legẽ donator tẽpore donationis imposuerit.põdera illud tẽpore donationis.nam si loqueret in donatione facta filio in potestate nõ esset necessariũ q pater donator tẽpore donatiõis istã l.imposuisset.q: quemadmodũ pater nõ potest quandocũqz talem donationem reuocare:ita non posset quandocũqz talem legẽ donationi interponere,etiam ex interuallo post donationem:dz ergo intelligi in donatione facta filio emãcipato:in qua bene requiritur q pater tẽpore donatiõis talẽ legẽ imposuerit:q: si nõ imponeret:tunc nõ posset postea imponere.l.perfecta.C.de do.que sub modo.Et hanc inductionem tenet Ludo.contra cõem sñiam.¶Pondera tu si vera est z subtilis inductio,qd.d.l.illud.§.fi.nõ loquetur in donationẽ simplici facta filio in potestate:sed solum facta filio emancipato:qd esset de directo cõtra omnes in duobus.primo inquantũ doc.in articulo precedenti tenẽt q donatio simplex facta filio in potestate nõ confertur alicui.d.l.illud §.fi.intantũ qd dicit.d.Alex.q de hoc non est opus amplius disputare:per illũ tex.certe scdm inductionẽ Lud.ille tex.nihil probat:q: loquit in filio emancipato:z scdm eius inductionẽ non potest:loqui in filio in potestate.¶Scdo oppo.contra cõem opi.in isto secundo articulo,q imo emancipatus nõ tenetur donationẽ simplicem conferre.Responde ad inductionẽ Lu.q tex.in.d.l.illud.§.fi.loquit in donatione simplici facta filio in ptãte:nõ autẽ loquitur de facta filio emãcipato:q: sic corrigeret.l.vt liberis.§.fi.j.eo.qd nõ est dicendum.¶Nec obst.illud qd tex.dicit nisi huiusmodi legẽ donato tẽpore donatiõis iposuerit q: respõdeo qd quãdo.l.loquit aliquo casu,rõne frequẽtioris vsus:q: ita solitũ sit magis frequenter fieri,nõ per hoc negat quin idem sit in alio casu omisso.ista est doctrina glo.not.z approbate in cle.j.in ver.psidentes.de rescrip.z ibi.d.Ant.de bu.Car.z Imo.ad hoc not.sed habes aliã de iure ciuili meliorẽ de iure,in.l.j.in.gl.j C.de his qui ad eccl.gfu.z gl.in auf.cassa z irrita.in vbo.p totã italiã.§.d sacro san.eccl.z gl.in.l.vnica.in vbo.spõsaz.C.de rap.vg.Bal.z doc.in c.j.§.si qs vero ausu.de pac.tenẽ.i vsi.feu.q: ergo frequẽter euenire solet q pr quo tpe facit talẽ donationẽ,talẽ.l.apponit,ideo illud qd est appositũ,ppter frequentationẽ,nõ excludit quin idez esset si pater postea diceret seu faceret illaz.l.z p hoc limitat regula in c.nõne bene dicim⁹.de pscrip.aliter rñdet.d.Franc.de are.in.d.l.si emãcipati.in pe.col.j.e.z recitat istã opi.Lud.z reprobat.nam dicitur

¶Ad regẽ. Adde bal. i margarita in vbo rex. z p Inn.in c.ex rescripto.d iureiuran.

¶Non hz. Adde insti. de pa.pot. fallit qñ est tutrix filij sui.text.est sing.cũ glo. l.c.ex parte. de app.quẽ tex.allegat singula.ibi: Phi.

dicitur qđ.d.§.fina.in.d.l.illud. intelligitur qñ donatio fit a matre vel linea materna:quo casu statim valet:et sic effugitur contrarium.Sed certe violatur ille text.qui superius loquutus est tā de matre ꝙ de patre:ꝛ sic de vtroqꝫ:tamē ipse.d.Francis.dicit ꝙ ille est cōis intellectus ad illū tex. ¶ Scđo pro ista snīa contra communem mouetur Lud.ro.nam filius emancipatus tenetur conferre illa que habuisset necesse conferre si remansisset in potestate patris:ꝛ non alia.text.est notab.in.l.si fratres.§.idem papinian⁹.lib.co.ait.ff.p soc.sed si remansisset in potestate patris non habuisset necesse conferre donationē simplicē:vt firmaui in articulo precedenti:ergo etiam conferre non tenebitur nunc. Potes tripliciter respondere. Primo quod textus ille loquitur de iure ffozum ante.l.vt liberis.ʒ.eodem.Sed hec non placet:qꝛ sic presupponerem correctum esse illum text.Secundo responde ꝙ ille text.loquitur in bonis castrensibus vel quasi.vt patet ibi in versi.stipendia ceteraqꝫ salaria. ¶ Tertio responde ꝙ illa equiparatio procedat qñ militat idētitas rationis,alˀs non.sed in ꝑposito cessat.nā si remansisset in potestate patris,ideo non debuisset conferre donationem simplicē:eo qꝛ statim non valuisset:sed post mortē patris.ꝛ sic habuisset vim relicti,qđ nō confertur:que ratio cessat in emancipato:quia statim valuisset.Eandem opi.tenuit Francis.grini de Pisis in.d.l.illud.motus per illud fundamentū:cui respōde vt per.d.Alex.in.d.l.si emancipati.in vlti.col. ¶ Alia est cōmunis snīa ꝛ vera quā tene,ꝙ filius emancipatus donationē simplicem conferre teneatur.tex.est ineuitabilis in.d.l.vt liberis.§.fi.et istam opi.tenent Bart.ꝛ alij oēs antiqui ꝛ noui:ꝛ in.d.l.vt liberis. ¶ Nec dicas qđ tex.in.d.l.vt liberis.§.fi.nō loquat᷑ in donatione simplici facta filio emancipato,sed loquatur in donatione facta ꝑpter emancipationē:ꝛ sic ꝑpter causā:prout respōdebāt tenētes primā partē.Quia dic ꝙ imo talis donatio est simplex,ꝑcedens ex mera liberalitate:tex.est in.l.fin.in verbo liberalitatis.C.de emā.lib.ꝛ dicit ibi Bald.ꝙ de hoc nō reperitur melior text.in iure.facit text.in.l.vnica.C.de ingra.lib.ꝛ text.nota.in.l.j.C.de offi.preto.patet qꝛ si esset donatio ob cām,nō requireret insinuationem.l.aquilius.cum glo.ff.de dona.cū concor.sed donatio facta tēpore emancipationis vel ꝑpter emā.talis donatio bene requirit insinuationē.l.data.ꝛ ibi Bal.C.de dona.plenius Bal.in l.illud.in.ij.q.C.de sacrosan.eccle. ¶ Ad idem bene facit text.in l.j.§.eo.vbi emācipatus ideo cōferre non tenetur:qꝛ pater fecerat testamentū.ergo alias fuisset obligatus conferre:ꝛ ibi ponderat illū tex.Raph.ful.ꝛ Pau.de ca.ꝛ.d.Franc.de are.ibi:qui addit rationem quam dicit esse manifestam.nam emancipat⁹ preter castren.ꝛ quasi,oīa sua bona tenetur conferre.l.j.in princi.et.l.ij.§.id quoqꝫ.ff.eo.ergo multo fortius tenebitur cōferre ea que habuerūt originem a patre.et a substantia paterna.vt.l.fin.§.ꝫmunia vtri.iudi.et hoc patet de se fm eum.pro eadem parte arguit.d.Franc.de are.qui eam tenet in.l.si emancipati.in vlti.col.ʒ.eo.nā de iure antiquo vsqꝫ ad.l.illud.oēs fatentur qđ emancipatus tenetur cōferre donata.sed tex.in.d.l.illud.§.fin.nō ponit nouam regulam in materia,qđ probatur:qꝛ nisi emergebat inequalitas nō fiebat collatio de donatione simplici,ergo illa regula non de nouo inducitur sed erat de iure antiquo.de quo iure certum erat qđ emancipa.donationem conferebat.ꝛ sic regula illa de hoc nō poterat intelligi:ꝛ hoc est subtile ꝛ verissimum scđm eum. ¶ Limita istam ꝫmunē sententiam vt procedat si emancipatus vult succedere patri.tunc bene tenetur conferre donationem simplicem text.est in.l.pe.ꝛ fi.ff.de colla.dotis.iuncta.l.ij.secundo responso.§.de inofficio.dona. Secundo notabiliter limita et intellige predictam conclusionem ꝙ emancipatus teneatur cōferre donationem simplicē,verū est si filio in potestate.ita videtur loqui.d.l.vt liberis.§.fin.in verbo.pro tenore precedentium legum.ʒ.eo.nam precedentes leges istud dicebant,ꝙ emancipatus tenetur conferre filio in potestate:sed alio filio emancipato non tenetur conferre talem donationem simplicem:qꝛ emancipatus emancipato nihil confert:qꝛ vnus non facit magis iniuriam alteri ꝙ econtra.l.si emancipati.in prin.ʒ.eo.ita limitat Angel.in repe.d.l.si emancipati.ꝛ ibi sequit᷑ Lud.ro.idē tenent Fulgo.ꝛ Pau.de castr.in.d.l.vt liberis. ¶ Licet disputando possit sic teneri,tamen in contrarium se habet communis snīa:ꝙ emancipatus tenetur conferre donationē simplicem,nō solū filio in potestate:sed etiam emancipato.Ita cōiter cōcluditur post gl.que recitat varias opi.in hoc in.d.l.vt liberis.vbi Ange.et Sali.illud firmant.Idem clare tenet Bar.in.d.l.si emancipati.in.ij.col.ad fin.ꝛ ibi Ly.in.ij.q.qui rñdent ad allegata in oppositum.et ibi vide late do.Alexā.in antepenul.colū.ꝛ pe.ad que te remitto:q dicit ꝙ disputando vtraqꝫ opi.est sustentabilis. ¶ Tertio limita.d.ꝫmunem sententiā vt procedat in donatione simplici facta per patrem filio emancipato tempore emancipationis,aut post emācipationem in istis terminis ꝑprie loquitur.d.l.vt liberis.ad fin.secus est in donatione quam fecisset pater filio ante emancipationē deinde postea filium emancipasset.quia licet ꝑ emancipationem subsequentem reconualescat statim talis donatio.l.siue emācipatis.C.de dona.l.donationes.la.ij.§.pater.ff.de dona.tamē talem donationē nō tenebitur emācipatus conferre:eo qꝛ istud nulla l.cauetur.ꝛ vbi nō habemus.l.cessat collatio.l.illā.ʒ.eo.qꝛ vt dixi.d.l.vt liberis.§.fi.loquitur solū in donatione facta tempore emancipationis vel post emancipationem:nō aūt de ea que ante facta fuisset.ita limitat do.Alex.nō hic:sed in.d.l.si emācipati.in pe.col. ¶ Sed tu aduerte qđ ipsemet.d.Alex.hic:in.iiij.col.tenet aperte contrarium.Sed eū saluo a cōtrarietate.nā in.d.l.si emancipati.in pe.col.loquitur.d.Alex.de donatione facta ante emancipationem:an secuta emancipatione debeat conferri per ipsū emancipatum alio emancipato:ꝛ in istis terminis concludit singulariter ꝙ non:sed hic loquitur an debeat conferre filio in potestate:ꝛ concludit ꝙ sic:tamen illa limitatio do.Alex.est multū periculosa:nec mihi satisfacit. ¶ Quarto limita predictā cōclusionem procedere in donatione simplici:qꝛ illam bene emancipatus tenet᷑ cōferre.sec⁹ est in donatione causa mortis:quā emancipatus nō tenet᷑ cōferre:eo qꝛ illam acquirit post mortē patris:ꝛ nō in vita.ꝛ sic est eadē ratio prout in donatione simplici facta filio in potestate.tex.est in.l.pe.cū glo.ff.eo. ¶ Et per hec remanet expedita hec subtilis auč.Jason de Mayno Mediolanēsis vtriusqꝫ censure doctor in gymnasio Pisano.

Si pater.

Hoc di.Dos promissa confert᷑ liberando vel cauendo.h.d.Nota ex hoc tex.cum glo.ꝙ dos q nō potest actualiter conferri,debet cōferri eo mō quo pōt. ¶ Adde ꝙ eodē modo ad euadendum penam sufficit implere ꝑmissionē eo modo quo impleri potest:vt probat text.in.l.quidā cū filiū.in ver.fi.ꝛ ibi Bart.no.ff.de ver.ob.Similiter sufficit implere cōditionē eo mō quo potest.l.mulier.in prin.ꝛ ibi Bar.ff.de condi.insti.facit text.in.l.heredibus.in fi.ff.ad treb.ꝛ.l.quibus diebus.§.dñs seruo.ff.de condi.ꝛ demon. ¶ Et istud facit fm Bal.ad.q.de eo qui promisit liberare[a] fideiussorem sub pena.cū quo Sali.ꝛ Moder.tenent cum concor.additis per.d.Alex.hic.ꝛ in.l.facere posse.ff.sol.ma.quibus adde Bal.in.l.ij.§.j.ad fi.ff.si cer.peta. ¶ Limita istā.l.ꝛ similes in casu.l.ex parte.§.j.ff.fami.herc.Et cogita an ille tex.sit correctus hodie per auč.ex testamento.ꝛ in corpore vnde sumit.§.eo.glo.dubitat,de hoc nil clare decidit,videtur tamē tenere ꝙ non.Tamen attenta ratione quam ad illam auč.assignat Bart.in.l.si emancipati.in pe.col.ʒ.eo.ꝛ in.l.pater filium.ff.de colla.do.posset dici oppositū.primū verius est.nam cum illud ibi specialiter statutū sit:non intelligit᷑ correctū per.l.nouā postea generaliter loquentem glo.in.l.sciendum.in prin.ff.qui satis.cog.

[a] ¶ Liberare.adde bal.in.l.labeo.j.§.ñ.ff.de arbi.Salic.in l.si ꝑ ea.C.mā.l.vj.q.

1 ¶ Renuntiatio hereditatis facta a filio patri sine iuramento.an valeat.
2 Pactum de non succedendo:de iure ciuili non valet.
3 Pactum de non succedendo:an firmetur iuramento.
4 Pactum negatiuum de non succedendo non valet:sex rōnibus.hec est regula.Que fallit septem modis:vt hic per ordinem.
5 Statuto disponente:ꝙ mulieres non possint contrahere vel se obligare sine consensu duorum propinquorum:etiam cum iuramento:si filia contrahat cum patre:vel renūtiet patri:an habet locum statutum.

Pactum dotali.

Diuidit᷑ in tres partes.In prima ponit᷑ decisio.In scđa ponit᷑ illatio.ibi,nec intestato.In tertia ponit᷑ decisionis modificatio ibi dotem sane.ratio dubitandi erat:qꝛ quilibet potest renūtiare fauori suo.l.pe.C.de pac.Ratio decidendi ponitur ibi,iuris autoritate improbatur.iūcta.l.si qñ.§.pe.§.de inoffi.test. ¶ Pactū ꝙ filia dote contenta nō succedat patri,nō valet:sed eo nō obstāte succedit,ꝛ dotē cōfert.h.d. ¶ Et cogita quā dubitationē habeat hic tex.si filia erat in potestate patris,qđ in dubio ꝑsumitur.l.si emancipati.in verbo teqꝫ emancipatum probatum fuerit.vbi dicetur.ʒ.eo.qꝛ etiā si pactum non esset improbatum a iure:vt dicit tex.tamē ex quo erat factū inter patrē ꝛ filiū i potestate,erat de se inefficax:qꝛ inter patrem ꝛ filium in potestate nō nascit᷑ obligatio efficax sed naturalis tantum.l.frater a fratre.in prin.ff.de condi.inde.Propter hoc puto qđ Odof.dicat ꝙ necessario iste tex.debet intelligi in filia emancipata.tamē est diuinare:presertim cum in dubio filia non presumatur emancipata. ¶ 1 Et per istum tex.infert Odof.ꝙ quidā scholaris cremonēsis decepit patrē suū cōmendabili fallacia:cū haberet nouercā insidiantē,que ꝓhibebat patrē subministrare pecuniā necessariā filio studenti,venit ad patrē:ꝛ dixit,sum contentus renuntiare successioni paterne,cū hoc ꝙ des de presenti tantā pecuniā que sufficiat pro expensis studij.nouerca vt proprijs filijs totam successionem arrogaret,persuasit patri vt faceret:perfecto studio mortuo patre filius partem hereditatis obtinuit:qꝛ renuntiatio nō valuit:nisi iuramentū interuenisset.Debet tamen computari in partem suā illud quod expē

dit in studio: ꝓpter renuntiationē factā: que expēsa alias non cōputaref filio: q2 presumeref facta a patre affectiōe paterna ⁊ aīo donandi.l.que pater.ff.fami.her.⁊ idem tenet Bal.hic:in.x.⁊.xj.qō.Sali.⁊ Pau.de ca.qui reputat no.dignum.d.Alexan.in aut.qd locum.ad fi.j.eod.Solus Cy.hic:tenet ꝙ impēsa studij etiam in hoc casu nō ꝯputef illi in partē suā.per text.in.l.j.§.cōfertur.ff.eod.melius facit.l.ij.§.de illis.cum glo.not.ff.eo.Sed teneas primam opi.vt dicef in aut.ꝙ locum.j.eo.

fateri.vt.l.fi.post prin.in verbo.veluti confesso.ff.de bonis eorum qui ante sen.mor.sibi cōsci.⁊ ex ista ficta cōfessione habet̄ pro condēnato.vnde si vere fuisset condēnatus esset effectus seruus pene.⁊ sic testamentū eius fuisset nullū.l.eius q.§.j.ff.de testa. Intellige tū sane,quod qui seipsum occidit metu delicti commissi,habetur pro confesso ⁊ condēnato.verū est quantū ad hoc vt cēseat̄ seruus pene.⁊ quantū ad bona:sed nō q̄tuȝ ad imponendā sibi penā corporalē:q2 ex quo delicto morte extinctū est.l.defuncto.ff.de pub.iudi.non debet amplius affici pena corporali.l.j.⁊.ij.§.j.si reus vel accu.mor.fue.⁊.l.ex iudiciorum.ff.de publi.iudi. Ideo fm Cyn.⁊ Pet.post.Iacob.de are.errant iudices maleficiorum.nam pone quod aliquis est in carceribus pro delicto pro quo debet suspendi:eius cognati vel affines qui nolunt sustinere tantā verecundiā publice,faciunt euȝ in carceribus toxicari:vel ipse se interimit:iudices tū faciunt cadauer suspendi ⁊ male faciunt:q2 q̄tuȝ ad penam corporalē delictū est morte extinctū.⁊ tale cadauer qd omni sensu caret non est pena afficiendū.Et idē sequitur Bal.⁊ Ang.i locis hic additis per.d.Alex.quibus adde bonū text.in.l.vniuersi.in fi.in ver.viuus concremetur.C.vbi cau.fisca.licet Bal.hic in j.col.in fi.dixerit qd est in arbitrio iudicis:cuȝ tale cadauer sit seruus pene.alleg.notata in cle.j.de peni.⁊ remis.Et licet Ful.dicat q nihil inueniat in illa cle.quod sit ad propositum:tu dic q est gl.in verbo penitētie.que dicit quod postq aliqs fuit publice suspēsus ppter delictū,pōt iudex facere q sic mortuus remaneat suspēsus:⁊ sic post mortē videt̄ addi pena. Ita teneas quicquid teneat Ludo.ro.q dicit q in famoso latrone,q vltra publicā mortē etiaȝ punitur,qd eius cadauer non pōt sepeliri:sed debet dari feris et volucribus laniandū.vt est text.in.l.ij.ff.arborū fur.cesarū.in alio etiaȝ q̄ publico latrone:adhuc tenet ɔtra Cy.q2 dato etiaȝ q qs se occidat,⁊ alter mortuus sit:tū cadauer dȝ suspendi:q2 lȝ omni sensu careat:tū videmus q etiā illud qd rōne caret,ppter delictuȝ publice punitur.tex.est in.c.mulier.xv.q.j.vbi si animal irrationabile:puta canis ascenderet mulierē,debet cōburi. Facit in simili tex.in.c.cum ad monasterium.§.j.de sta.mo.vbi si monachus nō reddidit in vita rationes administrationis bonorum ecclesie,post mortem etiam punitur:quia debet extra cimiterium in stercore sepeliri.[a] Et fuerunt iura per imo.adducta in.l.defuncto.ff.de pub.iudi.Tenuit etiam Ludo.roma.in.l.si vero.§.de viro.in.xvij.fallen.ff.solu.matrim.Sed tu dic q isti sunt casus speciales qui non sunt ad consequētiam trahēdi. ¶ 8 †Alibi tū habes tex.quē Bar.ad hoc no.in.l.ij.ff.de cadaue.punito.q qui non potuit viuus in ciuitate morari,si sit mortuus non potest in illa ciuitate sepeliri.

4 ¶†Adde etiam pro distinctione quā facit hic tex.simile.qd vxor debet per annum lugere maritum mortuū:⁊ per annū deferre vestes lugubres.est verum nisi seipsum occiderit maritus ɔscientia delicti per eum commissi.tūc nō tenet̄ eū lugere.l.liberorum.§.nō solent.ff.de infami. ¶Adde tū q hec distinctio tex.nostri.nō habet locum q̄tum ad denegandū sepulturā:q2 quomodocūqȝ qs se occidat,siue impatientia doloris,siue ppter delictū a se cōmissum,non debet in ecclesia sepeliri.[b] tex.est in.c.placuit.iuncta glo.no.xxiij.q.v. ¶ 5 †Quid aūt si aliquis voluit seipsum occidere[c] sed fuit occursum. Cy.hic in.q.tenet qd idē sit acsi actualiter se occidisset.per tex.in.l.fi.§.sic aūt.ff.de bo.eorū.⁊.l.oē delictū.§.q se vulnerauerit.ff.de re mili.per quos tex.idem simpliciter tenent Alb.Fulg.⁊ Pau.de ca.hic.tu allega expressiorem tex.in.l.si quis aliquid.la.ij.§.fi.ff.de pe. ¶Gl.ij.in ver.pbationibꝰ.diuidit i duas partes principales. In prima dupliciter respondet ad ɔtrarium l.j.ff.de bo.eorum.quod est in ver.fi.ibi.nisi de crimine fuerit probatum. In secunda que est ibi:⁊ est hic annectanda distinctio.gl.ponit trimembreȝ distinctionem in hac materia. In prima Ful.tenet primam solutionē glo.Sali.⁊ Pau.de cast.tenent secundā.sed neutra videt̄ posse stare.nam prima destruit tex.secunda diuinat. Ideo Pe.⁊ Cy.hic in.j.opp.quoȝ doctrina magis cōiter tenet̄ ⁊ eā approbat.d.Alexā.distinguūt q aliquādo quis seipsum occidit anteq̄ esset deprehensus vel accusatus de crimine:⁊ tunc onus probandi pertinet ad fiscum:ita loquitur contrarium. Aliquando quis se occidit postq̄ fuit deprehensus vel accusatus:et tunc onus probandi pertinet ad eius heredes:qui debent pbare de innocentia sua.⁊ in istis terminis loquitur tex.hic. Mihi videtur q ista sit proprie declaratio secunde solutionis glo.duȝ dicit q ideo hic heredes tenent̄ probare innocentiam occisi:eo q2 erant presumptiones cōtra eū. Quomodo essent p̄sumptiones declaratur,quia fuerat accusatus anteq̄ se occideret. Tamen ista solutio mihi nō satisfacit:q2 diuinat:diuinare est qd in isto tex.iste fuerat accusatus vel deprehensus.istud nō dicit tex.⁊ ideo est diuinare. Item consydera quod cōtra istam distinctionē videt̄ facere illud qd alibi totum econtra distinguit Bar.in.l.j.in princ.ff.de bo.eorum.⁊ sequitur dom. Matesila.in not.cxlvij.⁊ est doctrina approbata quā assessores obseruant:nunquid fuga[d] faciat presumptionem:aut saltem indiciū ɔtra fugientē ita vt possit torqueri.distinguitur totū ecōtra. Aut quis effugit anteq̄ fuerit accusatus de delicto ⁊ fuga.⁊ facit indicium ⁊ p̄sumptionē.glo.in.l.lege cornelia.ff.ad sena.syll.et in.l.admonēdi.vbi opportune dixi.ff.de iureiu.Sed si aliquis aufugit postq̄ fuit accusatus:vel postq̄ est inculpatus:⁊ fuga nullū indiciū facit fm Bar.in.d.l.j.in pn. Cogita/q2 bene pōt responderi ex p̄dictis.

6 ¶†Et ex isto tex.habes diligenter notare fm Ang.Sali.Pau.de cast.⁊.d.Alex.hic.quod lȝ aliquis habeat̄ a lege pro confesso ⁊ conuicto,acsi esset cōfessus delictum,tū hoc non obstante admittitur pbatio in cōtrariū de innocētia eius.Et propterea facit fm Ang.⁊ Pau.de ca.hic pone ex[a] forma statuti ciuitatis Mediolani ⁊ totꝰ dūij principis Mediolani,si aliquis accusatus vel inquisitus pro aliquo delicto sit contumax in comparendo,habetur pro confesso ⁊ conuicto:pone ergo q talis ex contumacia habitus pro confesso sit positꝰ in banno publice,hoc non obstante admittit̄ pbatio eius in contrarium,si velit ostendere ⁊ pbare de innocentia sua:non obstāte qd habuerit publice bannum.Sicut in simili qui est contumax in respondendo positionibus,habetur pro confesso.c.si post ɔstitū.[b] de confes.in.vi.tū non obstante ficta confessione pōt probare contrarium si vult. Ita expresse tenet Io.and.in addi.Spe.in tit.de posi.§.nouo.versi.veruntamē.Bal.in.l.ij.§.qd si actor.pillū text.C.de iura.calum.Ang.⁊ Pau.de ca.hic.Et idem qd lȝ a lege vel statuto quis habeatur pro confesso ⁊ ɔuicto,⁊ debeat banniri,qd etiam post bannum[c] possit pbare contrarium:⁊ ostendere de innocentia sua:tenet late Imo.istud disputans in.l.fi.§.iussus.ff.de appel.⁊.d.Ant.in.c.fi.in vlti.col.de confes.⁊ Bald.in.ij.locis hic alleg.per.d.Alex.⁊ plene.⁊ notabiliter per do.Fran.de are.in ɔs.cxlvij.incip.visa consultatione ⁊ statutis ad me transmissis.in toto primo dubio princi.

7 ¶†Et aduerte diligenter q non solū ipse bannitus est admittendus ad probandum contrariuȝ,de innocētia sua:imo quicūqȝ etiā penitus extraneus admittendus est ad eum excusandum,⁊ allegāduȝ causas innocentie sue.q2 lȝ regula sit quod regulariter in criminalibus non admittitur procurator.l.pe.§.ad crimen.ff.de publi.iud.presertim apud mediolanēses ex forma decreti ducalis:fm quod reus primo debet se personaliter incarceribus ponere:tamen aliā regulā habes,q vbicūqȝ de iure cōmuni vel ex forma statuti potest procedi ɔtra absenteȝ,⁊ potest absens condēnari,tunc qualecūqȝ crimē sit admittit̄ excusator ad allegandū causas innocentie illius absentis:dūmodo non[d] cōpareat tanq̄ procurator ⁊ sine mādato. Ista regula pbatur in.l.seruū quoqȝ.§.publice.ff.de procura.fm intellectū Bart.peregrinum,quem dat ibi ad illum tex.⁊ idē latius tenet Bar.in d.l.pe.§.ad crimen.in.iij.colū.⁊ in extrauag.ad reprimen.in ver.legitime.⁊ Ioā.an.in addi.Spec.in tit.de pcura.sup rubri.Et lȝ aliqui contradicant:tamen ista est vera ⁊ cōis sententia.quā etiā tenet do.Fran.de are.in palleg.cōsi.cxlvij.in.iij.col.Quod patet:q2 etiam iudex ex mero officio non obstante q quis sit habitus pro confesso:non obstante etiam qd sit conclusum in causa,nō solum potest:imo debet ex mero officio assumere pbationes et informationes innocētie absentis.l.j.§.si quis vltro.vbi Barto.no.ff.de questio.⁊ idem Bar.in.d.§.ad crimē.in.iij.colū.⁊ in.l.iij.§.hoc aūt iudiciū.vbi mod.ff.de dam.infec.q̄tomagis debet iudex admittere qn comparet tertius excusator pro tali absente.Et ista bene no.q2 ex eis poteris euadere amicuȝ qui aufugit,⁊ nō audet cōparere corā potestate. ¶Et sic stat cōmunis theorica legistaȝ ⁊ canoni.q cōtra fictam confessionē delicti inductā a lege vel statuto admittuntur probationes in cōtrarium de innocētia.Solꝰ d.Alex.hic reprehendit prefatos doc.dum loquuntur de ficta cōfessione.nā dicit q impropriè:imo ⁊ male loquunt̄.q2 cōtra fictionem que dicit̄ esse qn lex fingit sup certo,nō admittitur pbatio in contrarium:lȝ admittat̄ pbatio cōtra presumptionē iuris:tamē contra fictionē nunq̄ admittit̄ pbatio in ɔtrarium.glo.sunt approbate in.l.siue possidetis.C.de proba.glo.in.l.fi.in prin.ff.qd me.cau.⁊ glo.in.c.is qui fidem.de spon.debuerūt ergo loqui doct.de[e] presumpta cōfessione,q̄ cadit vbi est dubium.fictio aūt cadit vbi lex est certa:tū fingit contrariū:vt est glo.ord.in.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.act.Tu aduerte q2 aut non intelligo quid velit dom.Alex.aut credo q erret:dū putat prefatos doc.debuisse loqui de presumpta confessione,⁊ non de ficta.ego puto totū ecōtra:qd in isto pposito si doc.fuissent loquuti de p̄sumpta confessione,male dixissent:sed bene loquuti sunt de ficta cōfessione:retinēdo doctrinam glo.approbatā in.d.l.vnica.§.accedit.qd fictio dicat̄ qn lex fingit super certo.in cōtrarium tamē veri,p̄sumptio est super dubio.mihi videt̄ q in istis terminis sit fictio et non p̄sumptio.pone aliquis est contumax.nam quādo absens a.l.vel a statuto reputatur pro confesso,non est q2 sit dubiuȝ an sit ɔfessus vel nō:imo est certum q non est ɔfessus:tū lex fingit qd censeat̄ ɔfessus ⁊ habeatur pro confesso.dico q ista est fictio legis contraria veritati.Et non obstat fundamentuȝ do.Alex.qd ɔtra fictionē.l.nō admittitur probatio in contrarium:q2 est verissimum:sed ad istud funda

a ¶Sepeliri. Adde glo. in ver. peculiare.j.c.ioānes.de regula.

b ¶Sepeliri. Adde gl.⁊ doc.in.c.ex parte.el.ij.d sepul.c.prohibemꝰ.de deci.gl.in.c.qcūqȝ.xxiij.q.viij.

c ¶Occidet. Adde.c.j.et ij.vtroqȝ.p doc.d tom.

d ¶Fuga ad de Bar.l.l.lege cornelia.ff.ad sen.sylla.l.q̄ties ppter reȝ.ff.de fur.eiur.io.an.i add.Spec.l ti.de p̄sump.l.§.ij.x.violēta.Ant.d bu.l c.ex literis.d pig.Ant.d bu in.c.si tatȝ.d do.et contu.

e ¶Bānuȝ. Adde bal.l.l.ita demū C.de pcur.bal.i.l.iube mꝰ.la.ij.l.§.sane.el.j.C.de sa.san.eccle.Io.an.l addi.Spec.in ti.de po.in.§.ix.ver.verū.

mentum respondent do. Anto. in. d. c. fi. in vlt. col. de cõfes. ⁊ Jo. de imo. in. l. fi. §. iussus. ff. de appel. ⁊ do. Frã. de are. in palleg. con sil. cxlvq. in. iiij. colũ. in quibus terminis expresse mouẽt istã diffi cultatẽ. dicunt ꝙ quando lex vel statutum fingit aliquẽ esse con fessum, ⁊ mediante dicto ⁊ confessione euꝫ censeri conuictũ: bene verum est ꝙ contra illam fictã presumptionẽ nõ admittitur pro batio in contrariũ. q: si quis vellet probare ꝙ non esset cõfessus, fateor ꝙ non admitteret ꝑbatio in contrariũ: q: verũ est ꝙ nõ est confessus: sed lex ita fingit. tamẽ lex nõ fingit ꝙ delictum sit ve rum: ⁊ ideo ꝙ̃tum ad ipsum delictũ potest ꝑbari cõtrariũ, de in nocentia delicti saluo nisi statutum vltra ꝓcederet, disponendo ꝙ iste contumax non solũ habeantur pro cõfesso: sed etiã delictũ

8 verũ censeaẽ. ¶ † In secũda parte pn. gloss. que vt dixi ponit tri membrẽ distinctionẽ. ex secũdo mẽbro glo. no. ꝙ si aliquis com misit delictũ publicũ ⁊ capitale, qđ qñ sit declarat text. in. l. j. ⁊. ij. ff. de publi. iudi. ⁊ insti. eo. in prin. si seipsum occidit anteꝙ̃ accu saretur vel deprehenderetur in delicto, eius bona nõ sunt appli canda fisco. Et cum glo trãsit simpliciter Bal. hic. sed Cy. Fulg. ⁊ alij moder. hic reprehendunt glo. q: quando crimen est publi cum ⁊ capitale, bona semper sunt publicanda etiã si non sit accu satus in vita. vt hac. l. iuncta. l. cũ hic status. §. si maritus. el. ij. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. Bene verum est ꝙ accusatio que precessit in vita, transfert onus ꝑbandi heredi de innocentia eius: vbi al's secus, si accusatio vel deprehensio non precessissent, onus ꝑban di spectasset ad fiscum. ita loqtur tex. qui glo. decepit in. l. fina. ff.

9 de bo. eo. qui añ sen. mortẽ sibi cõsciue. ¶ † In vltimo mẽbro gl. adde ꝙ eã ad hoc reputat sing. Bal. in. l. iij. post mediũ. C. si pẽd. appel. mors interue. qđ quando qs condẽnatur ex crimine non enumerato inter publica crimina. in. l. j. ⁊. ij. ⁊ per totum. ff. de pu bli. iudi. nunꝙ̃ venit publicatio vel ꝯfiscatio bonoꝝ. Hinc dixit Bal. in titu. de pace constan. in verb. criminalibus. qđ condẽna tus ad mortem pro furto ex forma statuti: ⁊ sic pro crimine priua

10 to: non patitur publicationẽ bonorum. ¶ Fortius ⁊ generalius dixit Bal. hic in fi. vnum qđ in practica valde notanduꝫ reputa. qđ condẽnatorũ ad mortẽ ex forma statutorũ bona nunꝙ̃ publi cantur, nisi nominatim in statuto caueatur: q: ꝓm eum oĩa statu ta sunt leges priuatorũ iudiciorũ: ⁊ in cõdemnatis priuato iudi cio non venit confiscatio bonorũ. vt hac glo. ⁊ ideo infert ꝙ tunc non est necessaria prouisio auc. bona damnatorum. C. de bo. pro

a scrip. q̃ reseruat bona dãnatoꝝ, vt nõ applicent fisco:[a] ꝫ spectẽt ad agnatos vsqꝫ ad tertium gradũ tm̃: q: imo de iure cõi agnati succedent vsqꝫ ad. x. gradũ ab intestato. qđ est notandũ ꝓꝫ eũ. Et sequunt Ang. ⁊ Sali. hic. ⁊ Bal. Ange. Sali. Pe. de anc. Jmo. ⁊ Pau. de ca. in locis hic additis per do. Alex. Pro ꝯfirmatio ne vltra al's addo bene facere illud quod vult Bal. in. l. vnica. C. ne sine iuſ. pn. ⁊ in. c. j. in princi. de pa. tenen. quod lꝫ princeps con cedat alicui puta cõmissario liberum arbitrium condẽnandi ali quẽ nunꝙ̃ venit publicatio bonoꝝ nisi pnceps expresserit. Licet in vltimo faciat in cõtrariũ glo. in. §. in summa. de iniur. quã glo. multi reprobãt: alij tenẽt. de quo ꝑ Jmo. late impugnantem. in. l. ij. ff. de publi. iudi. plenius cano. in. c. ex literis. de consti. cum suis concor. licet decisio Bal. sit egregia, tñ videtur dubitabilis: ⁊ eã reprehẽdit Pau. de ca. hic: qui dicit ꝙ lꝫ sit singularis, tñ nõ pu tat ꝙ sit vera. q: si tenem⁹ ꝙ in casu statuti nõ habeat locũ auc. bona dãnatorũ. vt psupponit Bal. tñ ante illã auc. dãnatus pa tiebatur cõfiscationẽ bonorũ, dũmodo ꝓ tali crimine esset pena mortis: ⁊ hoc nõ habita differẽtia an tale crimẽ esset publicũ, an vero priuatũ: ita videẽ dicere fortis tex. in quo solo pẽdet veritas huius passus. in. l. fi. circa pn. ibi quolibet crimine dãnat⁹. et sic in illa vniuersali quolibet. C. de bo. proscrip. super qua. l. posita est d. auc. bona dãnatoꝝ. Jdẽ in effectu cõtra Bal. tenet. d. Alex. h' qñ quis esset dãnatus plenis ꝑbatiõibus ad penã capitalẽ. mo uetur ꝑ text. in. d. l. fi. secus si esset cõdẽnatus extra ordinẽ. vt ꝓ ꝑ eũ allegantẽ etiã ꝯtra Bal. Jo. an. in addi. Spec. vt hic ꝑ eum. et Ang. in. q. disputata q̃ incipit duo iuuicẽ litigãtes. in. j. dub. Tu potes tenere pimã decisionẽ Bal. ⁊ ad tex. d. l. fi. C. de bo. ꝑscrip. vbi est punctus. rñde dũ text. ibi dicit quolibet crimine. s. publi co. vt hac gl. in fi. iuncta. l. fi. in prin. ff. de bo. eoꝝ. ad quẽ conatur d. Alex. rñdere, ponderando tex. in ver. modici furti. Et pro hoc stringeret, q: in dubijs opi. do. tenẽda est illa opi. q̃ est ꝯtra fiscũ. l. nõ puto. ff. de iur. fiſ. presertim qñ tractat de lucro mediante cõ fiscatione bonoꝝ: vt plene examinat. d. Alex. in. l. j. ff. so. ma. ⁊ al's dixi. Tñ qđ dicit Bald. statuta omnia esse leges puatoꝝ iudicio rũ intellige sane ⁊ limita ꝓm sing. doc. Bart. in. l. j. i pe. q. ff. de pu

B bli. iudi. ¶ † Extra gloss. restat necessariũ dubiũ: nunqd ista. l. in fi. ⁊ similes sint hodie correcte. p. §. fi. in auc. vt nul. iud. vñ sumit auc. bona dãnatorũ. j. de bo. proscrip. Jaco. de ra. vt refert Cy. in. qđ. tenet ꝙ illa auc. nil faciat in proposito: q: hic interuenit du plex delictum. primo delictũ antea cõmissum. deinde qđ seipsum occidit. ergo grauius puniẽdũ. l. nemo. la. j. C. de epi. aud. ibi autẽ

a ¶ Fisco. ad de ꝙ fallit i causis no tatis in. c. fe licis. de pe. li. vj. ⁊ in. c. cu scđm. de here. eo. lib.

b ¶ Jurato. Ad' Spe. ti. de cita in §. sequit. i. nunqd cre dat. Post. in summa. tit. de do. ⁊ con in. l. §. qua lit r. vsi. qd si absens. et ver. seq.

interuenit vnum delictum tm̃. Pet. ⁊ Cy. hic tenẽt cõtrariũ, cum quibus concordãt Ray. ⁊ Albe. de ros. hic. Tu aduerte ꝙ qñ qs seipsum occidit ꝑpter delictuꝫ a se cõmissum ista. l. ⁊ similes duo disponebant: primo ꝙ eius bona cõfiscabanẽ. secũdo ꝙ reddeba tur intestabilis. Quantum ad primũ, ⁊ sic ꝙ̃tum ad bona, iste le ges bene sunt hodie correcte. q: si vbi vere quis fuerit dãnatus ꝑ delicto tm̃, bona non cõfiscanẽ. d. auc. bona dãnatorũ ergo etiam nõ publicabũtur in casu isto: ne plus operetur fictio in casu ficto quam veritatis in casu vero. l. qui ad certũ. ff. loca. ⁊ ita tenet glo. no. in. l. eius qui. §. j. in verb. publicabuntur. ff. de testa. ⁊ ita gloss. mag. C. de iur. fiſ. lib. x. ⁊ Bar. in. l. fi. §. j. in vlti. q. ff. de bono. eoruꝫ. ⁊ Bal. hic. ⁊ cõmuniter alij. Secundo vero casu ꝙ̃tum ad factio nem testamẽti dic ꝙ iste. ll. nõ sunt in aliquo correcte: eo q: publi catio bonorũ non erat causa que olim irritaret testm̃: sed eo q: per condemnationẽ efficiebatur seruus pene: ⁊ sic intestabilis. que ra tio hodie militat: q: in hoc nihil est immutatum. ⁊ ita tenet glo. in d. l. eius qui. in. §. j. Ange. ⁊ moder. hic ⁊ Bal. in. l. iij. C. si penden. appel. mors interue. Jason Pisis.

Seniũ etatis.

Jsta. l. diuidiẽ in duas par tes prout duas decisiones hꝫ. Senectus vel infirmitas corporis in hoĩe sane men tis testamenti factionẽ nõ impediũt: ꝫ bene patria po

1 testas. h. d. ¶ † Ex prima parte no. ꝙ si aliquis habeat sanã men tem ⁊ intellectuꝫ, lcꝫ aduersa valetudine graueẽ: põt facere testm̃.

2 ¶ † Circa hoc occurrit pulchra questio: pone ꝙ notarius prout semper fit de cõsuetudine in exordio scripture testi: dicit titius sa nus mente ⁊ intellectu, lꝫ corporis egritudine grauat⁹, volẽs ⁊c. nunquid stabiẽ istis verbis notarij: ⁊ an ꝑbabũt testatorẽ fuisse sa ne mentis tpe conditi testi. Joan. de imo. in. l. ij. ff. de testa. sub du bio tñ forte tenuit ꝙ sic. eo q: qñ creanẽ notarij iurant in princi. fi deliter exercere officiuꝫ tabellionatus, ⁊ non conficere instr̃a illoꝝ quos non sane mentis esse cognouerint. c. ad audientiã. de pscrip. ergo standum est dicto notarij deponẽtis sup eo ad qđ officiũ suũ iuratum spectat. c. cũ parati. de appel. c. qm̃ de ꝑba. ⁊ poterit ꝓm eum notarius ex verbis testatoris cognoscere an sit sane mentis

b vel ne. Confirmaẽ ista opinio: q: credit nũtio iurato[b] ꝙ aliquẽ ci tauerit: q: spectat ad officiũ suũ. vt. l. oẽs. §. verum si apparitor. C. de epi. ⁊ cle. ⁊. l. magis puto. §. ne tñ. ff. de reb. eoruꝫ. Bar. in. l. j. §. cura carnis. ff. de offi. prefe. vrb. ⁊ in. l. tres denuntiationes. ad fin. C. quõ ⁊ qñ iudex. ⁊ in extraua. ad repri. in ver. per nuntium. et est tex. in. d. c. cum parati. ⁊ ibi canoniste. ibi tñ Bal. dicit ꝙ ideo est q: tractaẽ de leui piudicio. s. de citatione. Sed in casu nostro tra

3 ctatur de graui preiudicio. ¶ † Cõiter teneẽ ꝯtrariũ ꝙ non stetur dicto notarij: nec illa verba aliquid ꝑbent. ita tenẽt Bal. Ang. ⁊ Rapha. cu. in. d. l. ij. ff. de testa. eo q: an aliqs sit sane mẽtis vel ne, est qd inuisibile: qđ non ꝑcipiẽ sensu corporis: ꝫ magis itellectu. ergo etiã nõ stareẽ dicto testis, vt no. in. l. solam. C. de testi. Jdẽ no tabiliter tenet Bald. in. l. vnica. in. ix. col. ⁊ seq. in. ver. mõ sequitur alia questio. ad fi. C. de confes. ⁊ in. §. itẽ furiosi. insti. eo. ⁊ Salice. in. l. furiosum. j. eod. ⁊ Ang. in. l. quidã. in suo. ff. de condi. insti. vbi di cit Ang. caueant notarij facientes instr̃m testamenti pro eo q nõ est sane mentis: q: licet in scriptura attesteẽ qđ erat sane mentis, eis non credeẽ: q: nõ ꝑtinet ad eoꝝ officiũ. Jdẽ tenet. d. Alex. i cõ silio. cxlj. qđ inci. mature. in pe. ⁊ vlti. col. in. j. volu. ⁊ in cõsi. lxxxv. in. ij. vol. incip. viso themate ⁊ dubijs. ad fi. Eandem opi. tenet. d. Fran. de are. in. d. l. ij. ff. de testa. ⁊ pro ea adducit nouam rationẽ nam de qualitatib⁹ ⁊ rebus naturalibus nõ potest notarius con ficere instr̃m, ad inducendum effectum q nõ dependet a potestate partium rogantium. ita tenet Nico. de mutina. vt refert Bal. i ru bri. C. de fide instru. in. ij. char. Joan. an. in addi. Spe. in tit. de in stru. edi. §. postꝙ̃. ver. item nunqd. sed qđ testator possit facere vel non facere testm̃, hoc nõ depẽdet a voluntate ipsius testatoris: ꝫ ab ordinatione. l. vt. l. si q̃ramus. ff. de testa. ergo etiã si testator ex presse rogauerit notarium vt scribat quod esset sane mentis, istud nihil prodest. Et lꝫ testis possit deponere de sanitate corporis ꝑ aspectum. vt per Bar. in. l. quesitum. ad fi. ff. de re iudi. tamen no tarius

tarius non posset etiā rogatus a partibus conficere instrm̄ super sanitate vel egritudine, ad inducendū effectū qui non pēdet a potestate partium. ¶ Pro ista sententia que est vera ⁊ cōis ego adduco tria fundamenta. Primū est ꝙ queādmodū nō credit̄ testi deponenti super facto proprio. l. omnibus. C. de testi. ita etiā non creditur deponenti super facto alieno, qn̄ ex tali facto pōt sibi queri laus vel opprobrium. ita Jo. an. in addi. Spe. in ti. de teste. §. j. sup versi. sed pone ꝙ administrator. quem refert ⁊ sequit̄ do. Ant. de butr. in consi. xxiiij. incip. questio hec dubia vulgaria habet. in. x. col. tenent canoniste presertim Jmo. in. c. ex literis. de transac. do. Ant. de bu. in. c. cum a nobis. de testi. Sequitur do. Alex. in consi. cxlj. incip. mature. in. viij. colum. in. j. vol. ⁊ in consi. lxxxvj. in. ij. volu. incip. visis dubitationibus elegantissime formatis. in vlti. col. ⁊ in consi. lxx. in. iij. volu. incip. in causa vertente inter dominum Baldasarem. in pe. colū. in prin. sed sic est in proposito, ꝙ si talis testator non fuisset sanementis, ex hoc sequeretur opprobrium ⁊ pena ipsi notario. ergo. eius dicto non est credēdum, si attestet̄ testatorem fuisse sane mentis. ¶ Secundo moueor per simile: q2 si notarius in instr̄o dicat se certiorasse mulierem vel minorē de beneficio competenti, nō credit̄ notario: cum soluz credit̄ de his que gesta sunt per partes corā eo. nō aūt de his que sunt gesta ab eo. d. l. omnibus. C. de testi. ita tenet Fede. de senis in 9si. cxcix. incip. querit̄ an dn̄a Margarita. quē refert ⁊ sequit̄ do. Anto. de but. in. c. qm̄ contra falsam. in vlti. char. ⁊ in. xiiij. colū. de pba. ⁊ sequit̄ Panor. in. c. cum causam. in. v. col. de testi. sequit̄ Pau. de cast. in consi. cccxxxij. ⁊ Ludo. ro. in. l. sciendū. ff. de ver. obli. ⁊ do. Alexā. in consi. lxxxv. in. ij. volu. incipiē. viso themate ⁊ dubijs. in fin. ⁊ ibi attestatur scribentes tenere istam decisionē Fed. Est verū ꝙ i hoc vltimo multi tenent oppositum. Albe. de rosa. in. l. ij. §. sz ⁊ si mulier. ff. ad velleia. ⁊ Ange. in repe. d. l. sciendū. ⁊ do. Alex. sibi 9trarius. in. xiiij. col. ⁊ Jo. de imo. in repe. c. cum cōtingat. in vlti. colū. de iureiu. ⁊ do. Barth. verō. in cantela. ccxlix. Et dicit Panor. in. c. cuz causam. de emp. ⁊ vend. ꝙ de stylo seruat̄ ista opi. contra

3 Fede. ¶ Tertio pro ista parte moueor. † q2 notario non creditur nisi de eo de quo est rogatus a testatore vel a partibus. §. nos aūt in auꝫ. de tabel. Bar. in auꝫ. si quis in aliquo. in. ij. colū. C. de eden. ¶ Si autem notarius in prin. testamenti diceret econtra, q2 diceret titius ꝗuis sanus corpore tm̄ mente ⁊ intellectu languēs, non propterea vitiaretur testm̄: q2 presumeretur notarium sic errore dixisse: sm̄ Bal. in. l. imperator. la. j. in. j. col. in fi. ff. de statu. homi.

4 ¶ † Ex secunda parte tex. no. quod filiusfamilias [a] non potest facere testamentum. adde qd̄ etiam cum cōsensu patris: vt dicit gl.

b Ista regula procedit etiā i dote, [b] de qua filiusfamilias testari nō potest: ex generalitate huius. l. ⁊ l. penul. in fi. j. eo. ⁊ nota. in. l. filie mee. ff. sol. ma. sm̄ Bal. Ange. Sali. ⁊ moder. hic: cū alijs concor. additis per do. Alex. ꝗuis dubiū videretur: eo q2 filiusfamilias i dote, non habet plus iuris ꝗ filiusfami. in castrensibus vel quasi. pater, q2 filiafami. in dote de iure ffor. ab instato habebat heredem. vt probat Bar. in. l. post dotem. in. vj. lectu. ff. sol. ma. ⁊ tamē in castrensibus vel quasi filiusfa. de iure ffor. vel. C. non habebat ab intestato heredez: sed pater occupabat iure peculij. l. fi. ff. de castren. pecu. declaraui in. l. qui se patris. in glo. vltima. s. vn̄ liberi. Ista regula recipit multas limitationes quas ponam in. l. pe. j. e.

5 ¶ † Nunc se offert ardua ⁊ disputabilis questio. Nunquid filius-

c familias possit ad pias causas [c] testari. In hac difficultate reperio quatuor principales opiniones. prima est quam tenet bal. hic ad fi. in vlt. q. quod sic, dummodo testetur cum consensu patris: ⁊ ista est magis cōmunis sententia ⁊ plurium doct. autoritate sufulta. quam etiaz tenent Ang. ⁊ Sali. hic. ⁊ pro ista sententia isti tres doc. afferunt duo fundamenta. primo q2 ea q̄ metu dei aguntur nō sunt sub legibus. c. due sunt inquit leges. xix. q. ⁊. c. licet. de regu. Sed ad hoc responde sm̄ gloss. notabi. in cle. ad nostram. §. ij. de hereti. quod verum est qd̄ que nutu dei agūtur non sunt sub lege. s. peccati: sed bone subsunt alijs legibus. Uel et scd̄o responde notabiliter sm̄ Jmo. in. l. qui soluēdo. la. j. §. j. in vlt. co. ff. de here. insti. qd̄ preallegata autoritas loquitur in eo qui ingreditur religionem. vt not. in. c. lz. de regu. lz idē sit si nō ingrediatur religionem, ꝗuis aliquid ad pias causas disponat. Secundo mouetur per tex. in quo principaliter iacet difficultas. in. c. licet. §. fin. a contrario sensu. de sepul. in. vj. iuxta glo. fi. ibi in ver. iudicare. que generaliter intelligit text. in quacunqz vltima voluntate. Eandem opi. tenet Fede. de sen. in consi. cxciij. incip. habuistis. et in consil. cclxviij. incip. quoniam veritas. ibi tamen subdit ꝙ ꝗuis ista opinio sit equa, tamen non auderet pro ea cōsulere: q2 Joā. an tenuit contrarium. in. c. si pater. de testa. in. vj. in nouel. Eandem. opi. tenet Jo. cal. in cōsi. x. posito sub rub. de testa. ⁊ Bal. in. l. j. §. sed si filiusfa. ff. de leg. iij. ⁊ Ang. qui variauit. in. l. qui in potestate. §. j. ff. de testa. Eandem tenet Jmo. qui pluries in hoc variauit. d. c. lz. ⁊ ibidem Semi. mori, q2 verbum iudicare: in illo tex. est generale, ⁊ aptum ad quālibet vltimā voluntatem: ergo intelligendum est. in qualibet vltima voluntate: ergo etiam in testamēto. q2 si papa ibi intellexisset de dona. cau. mor. istud expressisset. ¶ Eandem tenet Lud. ro. hic. ⁊ in. l. pe. j. eo. motus per tria. Primo per tex. in. d. c. lz. §. fi. a contrario sensu. Et si dicis ꝙ text. ibi a cōtrario sensu volens ꝙ filiusfa. cum consensu patris possit donare pro anima: verum est per dona. cau. mor. ne ius ciuile corrigatur. et vt iura iuribus concordentur. dicit Ludo. ꝙ istud stare non potest: q2 tunc verbum pro anima positum in text. esset superfluuz: q2 filiusfa. cū cōsensu patris potest indistincte donare causa mortis. dato quod non donet pro anima. l. tam is. §. j. ff. de dona. cau. mor. l. filiusfa. §. pari. ff. de dona. ¶ Secundo mouetur ⁊ fortius, q2 cum tex. ibi generaliter dicat iudicare, debet generaliter intelligi: etiam de testamento: dato etiam ꝙ corrigatur ius ciuile. q2 vbicūqz tractat̄ de fauore anime vel pie cause, etiam in correctorijs licita est extēsio: vt colligit̄ ex dictis ꝑ Bar. post gl. in auꝫ. sacramēta puberū. vbi dixi. C. si aduer. ven. cū concor. ibi traditis. Et istam regulam ponit do. Anto. de bu. in cōmen. c. fi. in. fi. de consue. ¶ Tertio mouetur, q2 in dubijs opi. doct. sequenda est illa opi. que est pro pia causa. l. sunt persone. ff. de reli. ⁊ sum. fu. ¶ Eādē opi. tenet late. d. Alex. hic per quatuor, vt ipse dicit, fundamēta: sed in effectu sunt tria. Primo ponderat in. d. c. lz exceptionem. q̄ ponitur in vsi. nisi peculium castrēse aut quasi castrēse habeat. nā exceptio declarat regulam in quo casu loquat̄. l. nā quod liquide. §. fi. ff. de penu leg. Item exceptio firmat regulam: ergo illa exceptio nisi peculiuz castrense. q̄ conuenit ita testō sicut donationi causa mortis, declarat ꝙ illa verba iudicare: non solū ꝓcedunt in donatione: sed etiaz in testō. ⁊ lz sibi ascribat, tm̄ est fundamentuz Fede. de sen. in pall. cōsil. ccxcviij. ⁊ Ludo. ro. in repe. auꝫ. similiter. C. ad leg. falci. in. xix. speciali pie cause inter vltimas voluntates. ¶ Scd̄o mouet̄ ⁊ fortius: q2 qn̄. l. vel canon nil operat̄ in sensu directo: vt est in. d. c. lz. §. fi. tunc licitū est sumere arg. a cōtrario sensu: etiā ad corrigendū ius cōe. ne al's lex vel canon sint superflui. vt firmaui in. l. j. in pnc. ff. de offi. eius cui. ergo in illo. c. lz. necessario debet sumi argu. a cōtrario sensu, dato ꝙ corrigat ius cōmune. Istud fundamentuz tu corrobora: q2 sumendo ibi arg. a 9rio sensū, nō erit corrigere sed limitare ius cōe. naz ius cōe disponit ꝙ filiusfa. nō possit testari cū [a] consensu patris, vt hic. Istud limitat̄ per illū tex. nisi filiusfa. testetur ꝓ aīa. hoc mō nō erit correctio, sed limitatio iuris cōis: ⁊ dato qd̄ al's in correctorijs nō fiat extēsio, tn̄ fit in limitatorijs. c. cuz dilecta. §. nos igitur. vbi Pan̄. notat de 9fir. vti. vel inuti. c. post trāslationē. §. ꝗꝗ. ⁊ ibi bal. no. de renū. ¶ Tertio mouet̄: q2 in dispositione vel in testō ad pias causas cōdito, nō attendit̄ aliqua ꝓhibitio seu dispositio iuris ciuilis: sz tm̄ attendit̄ iusgē. vel canonicū. vt probat Bar. in repe. l. j. in vlti. q. C. de sa. san. eccl. ergo nō attendimus ꝙ ius ciuile prohibeat filiūfa. testari. sed oībus istis fundamentis ⁊ alijs. s. adductis dabit̄ statim cōgrua responsio. [b] ⁊ ista vt dixi est magis cōis snia. Pro ista cōi sententia pōt et aliter pōderari tex. in. d. c. lz. §. fi. dum dicit ꝙ filiusfamilias non pōt iudicare pro aīa preter patris assensum. nam qn̄ ꝓcedit oratio negatiua, dictio preter, stat inclusiue. l. nam qd̄ liquide. §. fin. ff. de pe. leg. declarat Bar. in. l. actione. C. de transac. ⁊ in. l. si eum. §. q iniuriarum. ff. si quis cau. ergo tex. ibi in recto sensu includit filiumfa. posse cuz cōsensu patris testari: ⁊ sic nō venit a cōtrario sensu: ne [c] forte dicas ꝙ argu. a 9rio sensu ibi sumi non debeat. ¶ Scd̄a principalis fuit sentētia Bar. in. l. qui in potestate. in fi. pn. ff. de testa. quam simpliciter tenet Pau. de ca. hic qd̄ aut loquimur in bonis aduētitijs, in quib9 non q̄ritur vsusfruc. pr̄i: in casib9 q enumerātur per gl. in auꝫ. excipit̄. j. de bo. q̄ lib. ⁊ in illis pōt filiusfa. cū volūtate patris testari ad pias causas. al's secus, per text. d. c. lz. quem hoc modo restringeret. Scd̄o: q2 ratio quare filiusfa. cū consensu patris testari non potest: est q2 vltima voluntas nō debet pēdere ex alieno arbitrio: sed ista ratio cessat ad pias causas, vbi captatoria voluntas pendens ab aliena voluntate valet. c. cum tibi. de testa. ⁊ probatur: q2 idē in libertate que pōt pēdere ex alieno arbitrio. l. fideicōmissaria libertas. la. ij. i pn. ff. de fi. lib. ⁊ bonū est arg. a libertate ad piam causam: vt no. Bar. in. l. proxime. §. j. ff. de his que in testō delen. ⁊ in. l. si vnus. j. de testa. Sed ista opinio seipsam confundit: q2 attenta ratione Bar. siue sint aduentitia quoꝝ vsusfru. queratur patri, siue non, vtroqz casu dicunt posse testari cum consensu patris: q2 vtroqz casu militat ratio Bal. Preterea non est firmum ꝙ captatoria voluntas ad pias causas valeat: ⁊ tenui contrarium in. l. captatorias. s. tit. j. ¶ Tertia fuit opi. ipsiusmet Bart. dicto precedenti contraria: quam tenuit in repe. l. j. C. de sa. san. ecle. in iij. q. prime partis principalis. vbi in effectu concludit quod aut loquimur in aduentitijs in quibus queritur vsusfruct. patri: prout est regulariter. ⁊ in illis potest testari ad pias causas: sed cum consensu patris. aut loquimur in bonis aduentitijs in quibus non queritur vsusfruc. patri: ⁊ sic que spectant pleno iure ad ipsum filium: ⁊ in talibus potest filiusfamilias indistincte testari ad pias causas siue cum consensu patris, siue sine. Motus ꝑ tex.

[a] ¶ Filiusfa. Adde Bal. insti. q. nō est p. face. testa. in. §. preter hoc. bal. l. §. fi. s teste. mil. Abbatez in rub. d testa.

[b] ¶ In dote Adde. Bal. in. l. pro. hereditarijs. i pe. col. C. de. here. act.

[c] ¶ Causas. Adde Bar. in. l. j. §. j. de leg. iij. bar. ⁊ doc. in. l. q in ptāte. ff. d testa.

d.l.j.in ver.liber.inducendo:vt ibi per eum. Istā opi.tenet Imo. in.c.ij.de testa.⁊ late Ludo.ro.in repe.auf. similiter.C.ad leg.fal. in.xix.speciali pie cause inter vltimas voluntates. Et ibi in vlt.col. illi⁹ specialis.mouetur inter cetera per tex.in.c.fi.de iud.in.vj.vbi est tex.qḋ filiusfa.in spiritualibus ⁊ beneficialibus causis pōt esse in iudicio sine consensu patris:eo q: in talibus pater non habet se intromittere:ergo idem erit in aduentitijs:in quibus non queritur vsusfru.patri:q: in eis pater non habet se intromittere.⁊ subdit ꝙ ille tex.sic subtiliter inductus decidit presentē qōnem. Sed certe parū,imo nihil facit:q: ex illo tex.nil ad testamēti factionē inferre poteris. Et ꝓpterea Lu.q de hoc ꝓpēdit roborat argumētum suū:q: in talibus aduētitijs quoꝝ vsusfruc.non q̄ritur patri, filiusf.habet legitimā ꝑsonā sine patre:vt sine eo possit esse i iudicio.vt no.glos.⁊ plenius Bar.⁊ alij in.l.fi.§.necessitate.j.de bo.q̄ libe.ergo multomagis habebit legitimā personā in testando. Et vltra euꝫ potes hoc cōfirmare:q: facilius est testari ꝙ esse in iudicio:ptꝫ,q: adultus habens curatorē potest testari sine curatore.l. aurelio.§.caius.vbi glo.⁊ Bart.not.ff.de lib.leg.⁊.l.si frater.vbi dicetur.j.eo.⁊ tn̄ sine curatore non pōt esse in iudicio.l.j.C.qui leg. ꝑso.hab. stan.in iudi. Itē testari qs potest in.xiiij.anno.l.qua etate.ff.de testa.sed in iudicio esse nō potest nisi post.xxv.annū.l.ij.C. qui legitimā personā. Itē iudicia sunt stricti iuris,⁊ cōtentiose iurisditiōis.l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.obl.sed in testamentis fit benigna ⁊ lata interpretatio.l.in testamētis.ff.de reg.iur.et.c. cū delicti.de dona. Sed tu attēde,q: si fundamentū Ludouici esset verum ꝓcederet etiā si filiusfamilias testaret̄ ad nō piā causaꝫ: contra.l.penultimā ⁊ fin.cū ibi no.j.eod. ¶ Quarta ⁊ vltima fuit opinio Ioā.an.in.c.lꝫ.de sepul.⁊ in.c.si pater.de testa.in.vj. in nouel.ꝙ filiusfa.etiā ad pias causas cū cōsensu patris nō pōt testari: sed bene donare cā mortis.⁊ istā tenet Pe.de anch.in.d.c.lcꝫ vbi dicit ꝙ op. Ioā.and.est magis tuta.⁊ qḋ ita de facto interrogat⁹ respondit. Eam etiā tenet Pe.de anch.in.c.ij.de testa. Eam tenet Io.de imo.in.d.l.qui in potestate.in prin.ff.de testa.⁊ in.l.tam is. §.j.ff.de dona.cā mor.eo,q: tex.in.d.c.lꝫ:non probat nisi a contrario sensu.qḋ argumentū a ꝯrio sensu fieri nō debet ne resultet absurdus intellectus.fm gloss.in.l.ij.C.de condi.inser. Et ad text.ibi dū dicit pro aīa,debet subaudiri dictio maxime.[a] Secundo mouetur q: duabus rationibus prohibet̄ filiusfa.testari.vt hic in gloss. ergo lꝫ vna sit correcta:q: ad pias causas vltima voluntas potest dependere ex alieno arbitrio,tn̄ restat alia rō,q: testamenti factio est publici iuris,⁊ militat in pia causa:ergo ⁊c. Eandeꝫ opi.tenet Rapha.Ful.hic.⁊ in.l.j.ad fi.C.de sac.san.eccle.per hunc tex.in.l. penul.in ver.nullo mō.j.eo.quibus iuribus nō reperit̄ derogatuꝫ in pia causa.⁊ ad.d.c.lꝫ.respōdet ꝙ non debet sumi argumē.a cōtrario sensu per rationē.s̄.relatā. Et sumēdo a ꝯtrario sensu dicit ꝙ verbū iudicare,non debet intelligi de testamēto:sꝫ de donatione causa mortis:vt iura iuribus ꝯcordent̄. Istam eandē opinionem tenet Franc.de are.in.d.l.qui in potestate.motus noua consyderatione circa verbū iudicare:positum in.d.c.lꝫ.naꝫ ibi est oratio negatiua,qḋ filius non potest aliquid iudicare pro anima. in illa ergo oratione negatiua verbū iudicare indefinite positū equipollet vniuersali negatiue.l.si pluribus.ff.de lega.ij.⁊ sic vniuersaliter comprehēdit qḋ nullā speciē vltime voluntatis pōt filiusfamilias facere sine consensu patris:⁊ sic nec testari:nec codicillari: nec donare cā mortis.sed si sumas argu.a contrario sensu oratio affirmatiua non equipollet vniuersali. Ratio diuersitatis:q: primo modo tu non offendis ius:secus fit sumendo arg.a contrario sensu vniuersaliter;q: sequeretur ꝙ cum consensu patris filiusfa. posset testari.vnde licet sine consensu patris nullā possit vltimam voluntatem facere:ergo aliquam dispositionem vltime voluntatis cū cōsensu patris potest facere;⁊ sic oratio indefinita sumitur vniuersaliter:non tn̄ sic affirmatiua,que colligitur a cōtrario sensu:ex quo est diuersa ratio. Istud ꝓbat ꝑ duos tex. primo ꝑ.l.discretis.in fi.j.eo.vbi dicitur ꝙ mutus a natura vel ex accidēti si sit peritus literarum potest omnia facere.i.testari et codicillari:⁊ tn̄ a cōtrario sensu non intelligitur:quod si non sit peritus, ꝙ nihil possit facere.q: imo potest codicillari ⁊ legare.l.nutu.ff.de leg.iij. fm doc.ibi. Secundo adducit tex.in.l.fin.§. filijs autem.j.de bo. que libe.vbi dicitur ꝙ filiofa.non datur potestas testandi.nec aliter disponendi de aduentitijs quorum vsusfruc.acquiritur patri contra parentum voluntatem:⁊ tn̄ non sumit̄ ibi arg.a cōtrario sensu ita vniuersaliter:ergo cum voluntate patris poterit testari: q: esset contra.l.penul.⁊ fi.j.eo.fm communē opi.ibi:sed bene poterit quedam alia facere. Tu istud argu.vno verbo clarius inducas.nam contrarium vniuersalis negatiue est particularis affirmatiua,nō aūt vniuersalis affirmatiua:vt si dicam si imperator nolit nullum iri exercitum,contrarium huius est qḋ si imperator velit nonnullus ibit:et sic aliquis:nō autē infertur ꝙ omnes ibūt Iste fuāt maiorum nostrorum sententie. ¶ Quid tenendum. Ego in iudicando et consulendo non auderem recedere a prima snīa,q̄ est magis cōis,vt dixi.precipue:q: iudicandū est in ꝓpria causa.tn̄ in stricta disputatione puto ꝙ vltima opi. Io.an.sit verior in puncto iuris:ꝙ filiusfa.etiā cū cōsensu patris non possit ad pias causas testari. Et q: tota difficultas pendet circa tex.d. c.lꝫ.qua sublata res remanet clara.ostēdo ꝙ tex.ille nihil facit:⁊ tollam oīa.s̄.adducta. In primis ergo aduertēdū est ꝙ text.ille principaliter venit ad decidendū nunqd filiusfa.possit sibi eligere sepulturā:prout suadet natura titul. Ita consydera ꝙ dū tex. ibi excipit peculiū castrēse vel quasi:de mēte pontificis ibi est referre potius ius antiquū ꝙ̄ de nouo statuere. Istis sic presuppositis videt̄ intelligēdū necessario illud ṽbū iudicare,pro donatione cā mortis:vt minus ledatur ius cōe.⁊ iura iuribus cōcordentur.⁊ si dicis prout subtiliter dicebat Lud.ꝙ isto modo tex.ille esset de indubitabili:⁊ qḋ verbum pro aīa.esset supfluū:q: indubitabile est ꝙ filiusfa.cū ꝯsensu patris pōt donare cā mortis:dato ꝙ nō donet pro aīa:q: respōdeo ⁊ hic aperio intellectū illius text.⁊ dico ꝙ ille tex.in sensu directo est multū dubitabilis:imo singularis:⁊ qḋ illud pro aīa, est valde necessariū.nā clarū est ꝙ filiusfa.[b] nō pōt donare cā mortis,nisi interueniat consensus patris.iuribus prealle.in illo tex.fuit ꝓbabiliter dubitatū.pone ꝙ filiusfa.velit donare cā mortis:ꝓ aīa:nunqd poterit donare sine [6] cōsensu patris.dubiū faciebat†:q: cuꝫ filiusfa.possit sibi eligere sepulturā[c] sine consensu patris,videbat̄ ꝙ etiā pro aīa posset donare cā mortis:tn̄ hoc nō obstāte decidit ibi text.qḋ etiā pro aīa preter patris assensuꝫ nō pōt.illud ergo pro aīa,erat qḋ faciebat dubitationē:⁊ sic in sensu directo ⁊ negatiuo.tex.ille multū operatur.⁊ decidit casum q adhuc nō erat decisus:sed si tu sumas ar. a ꝯrio sensu,ergo cū cōsensu patris:fateor ꝙ in illo sumpto a cōtrario sensu nil operabit̄:q: cū ꝯsensu patris etiā sine aīa potest donare cā mortis:sꝫ de hoc nō est curandū:q: sufficit mihi ꝙ ille tex.in sensu directo multum operet̄:dato ꝙ in eo qḋ sumit̄ a ꝯrio nihil operetur. Et per hoc vides ꝙ nihil obstat illud qḋ dicit.d. Alex.hic:ꝙ qn̄ lex vel canon nō operat̄ in sensu directo:tunc sumitur arg.a ꝯrio sensu etiā ad corrigendū ius cōe:q: istud stringit cōtra eū.ex quo tex.ibi in sensu directo multū operat̄. Et isto modo intelligendo etiā exceptio.ibi posita in tex.erit bona:⁊ de regula:qḋ filiusfa.etiā pro aīa nō possit donare cā mortis,nisi habeat peculiū castrēse vel quasi:q: si habet pōt donare cā mortis etiā sine ꝯsensu patris:⁊ sic verbū iudicare,intellectū ꝑ donante causa mortis remāebit sine difficultate.⁊ hoc modo cessant q̄ in ꝯtrariuꝫ.s̄.adducebant̄. ¶ Restat vltimū fundamētū do. Alex. dum dicebat ꝙ in testamentis cōditis ad pias causas nō attenditur ius ciuile:sed iusgentium.vel canonis:ergo non debet attēdi qḋ ꝑ ius ciuile filiusfa.ꝓhibeat̄ testari. Quia si istud fundamētuꝫ esset verum,sequeret̄ ꝙ filiusfa.posset testari ad pias causas etiā sine ꝯsensu patris:⁊ tn̄ istud est cōtra tex.in.d.c.lꝫ inductum vt ipsi inducūt. Secūdo sequeret̄ ꝙ miles in cuius testō etiā non attendit̄ ius ciuile sed ius gentiū.l.j.ff.de testa.mili.posset testari in aduentitijs:⁊ tn̄ est falsum.§.j.⁊.§.preter hos.inst. quibus nō est ꝑmis.fa.testa. Tertio responde fꝫ Bar.in repe.d.l.j.in vlti.q. qḋ nō attēdit̄ ius ciuile:est verū nisi aliqd disponat qḋ bonis mo-[7] rib⁹ cōueniat.† Preterea ⁊ quarto etiā de iure canonico in dispositione ad pias causas patria potestas est in cōsyderatione vt ꝓbatur in.d.c.lꝫ.§.fi.vbi filiusfa.nō pōt donare etiā pro anima:et sic ad pias causas sine consensu patris. Nisi dicas ꝙ ideo ibi requiritur consensus patris ꝓpter ꝑiudiciū vsusfru.in aduentitijs,⁊ ꝓprietatis in ꝓfectitijs. Preterea ⁊ quinto nō est ita simpliciter verum qḋ in testamentꝫ ad pias causas attendit̄ merū iusgentiū: ptꝫ,q: pupill⁹ ꝙ̄uis sit doli capax tn̄ nō pōt testari ad pias causas.⁊ no.concludit Bar.in repe.l.j.in.ij.q.j.partis princip.C.de sac.san.eccle. Bal.in.l.si frater.ad fi.j.eo. Pe.de ancha.⁊ Imol. in.c.ij.de testa.vn̄ attendit̄ iusgentiū ꝙ̄tū ad numerum testium: q: duo vel tres testes sufficiunt.c.cum esses.⁊.c.relatum.de testa ¶ Nō recedas a cōi snīa:qua retenta esset videndū quid si filiusfamilias cū ꝯsensu patris fuerit testat⁹ ad pias causas,sed in testamento etiā fecerit legata alijs personis,nunquid valeant:⁊ si non valent,an accrescant pie cause:vel quibus debeant̄.quā questionē ponit Bal.hic in fi.⁊ alij post eū:ego ponam in.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.vbi bonus ad hoc text.j.de testamē. ¶ Glo.in ver.non posse.quā diuide in tres partes primo. In prima extendens tex.respondet tacite questioni. In secūda que est ibi,sed donare pōt,remouet tacituꝫ contrarium. In tertia ⁊ vltima que est ibi:sed que est ratio.assignat duas rōnes diuersitatis quare filiusfa.cū cōsensu patris pōt donare cā mor.⁊ nō testari. [8] ¶ † Ex secunda parte habes ꝙ lꝫ filiusfa.nō possit testari cū consensu patris,pōt tn̄ donare causa mortis patre cōsentiēte:vt dicunt tex.in glo.alle. Et hanc conclusionē tenēt oēs. Nouissime excellentissimus inter moder. Rapha.cu.tētauit nouā ⁊ mirabilem opi.cōtra oēs:ꝙ imo sicut filiusfa.nō potest testari etiā cū cōsensu patris:ita etiā non possit donare causa mortis,etiā cū ꝯsensu patris.ita

[a] ¶ Marie. Adde doct. i.c.cū olim. de testi.doc. in.c.auditis. de elec. Abb. in.c.cū ꝯtingat. de for. cōpe. Abb. in.c.qm̄ frequēter.in.§. porro.vt lite nō cōtest. Abb.i.c.dānamus.de sum.trini.

[b] ¶ Filiusfa. Adde Bar. et And.l.j.in §.fuit q̄situ̅. ff.ad trebe. Bar.⁊ doc. in.l.tā is.in §.filiusfa.ff. de do.cā mo. Dy.in.l.j.in §.j.de legat. iij. Spec.tit. de instru.edi. in.§.compēdiose.i.§.vj.

[c] ¶ Sepulturam. Adde tex.in.c.lꝫ.de sepul.lib.vj. Bar.in.l.qui in potestate. de testa.

patris. ita tenuit in. l. qui in potestate. in pn̄. ff. de testamen. ⁊ in. d. l. tam is. §. j. Et q2 est publica ⁊ subtilis opi. ⁊ al's publice defensa ui: ego eā plenius ꝓsequar, q2 Rapha. breuius transit. ⁊ ita tenendo nō esset opus querere de ratione diuersitatis. ¶ Pro isto snia videtur stringere tex. in. l. i. §. j. ff. de tu. ⁊ ratio. distra. vbi traditur regula negatiua, ꝙ qui non pōt testari etiā cuꝫ consensu alterius nō pōt etiā donare cā mortis. ⁊ ille tex. est ad hoc sing. ꝫm Imo. in. l. ij. ff. de leg. j. ꝫm Bal. in. c. cū oēs. in. xvij. colū. in fi. de constitu. Cōfirmo per tex. in. l. discretis. in ver. neqꝫ mortis causa donationem. j. eo. Nec hic placet mihi respōsio quā dant Bart. ⁊ gloss. in d. l. tam is. in prin. ⁊ d. Alex. in. l. si frater. j. eo qui dicunt ꝙ illa regula qui non pōt testari nō pōt donare causa mortis: procedit in aliis ꝙ in filiūſfami. ⁊ aliud non dicunt: q2 istud est solū ponere diuersitatē facti simpliciter. Secūdo facit q2 donatio causa mortis est vltima voluntas. l. fina. C. de dona. cā mor. vbi tex. per oia equiparat donationē causa mor. vltime voluntati: sed vltima volūtas non pōt pendere ex alieno arbitrio, ergo nec donatio cā mortis. imo nec legatū pōt dependere ex alieno arbitrio. l. captatorie. ff. de. leg. j. ⁊. l. nonnunꝙ. ff. de condi. ⁊ demon. not. in. l. j. ff. de leg. ij. Tertio multū stringit q2 ista equiparantur, legatū seu fideicōmissum, ⁊ donatio causa mortis. l. legatū. la. iij. ff. de leg. j. sꝫ sic est ꝙ qui nō potest testari nō pōt etiā legare vel fideicōmittere. l. ij. ff. de leg. j. ergo etiā non debet posse donare causa mortis. ⁊ ad hoc facit tex. equiparās hec tria. in. l. discretis. j. eo. Quarto ista opinio cōprobatur ex multiplici equiparatione que fit inter vltimas voluntates ⁊ donationem cā mortis. vt patet ex. j. dicendis. Hinc videmus ꝙ qui potest capere ex testamento, pōt etiam capere ex donatione causa mortis. l. omnibus. ff. de dona. cau. mort. et qui habet priuilegiū in testando vt est miles, habet etiā in donādo cau. mortis: ⁊ econtra. l. marcellus. in prin. ff. de dona. cau. mor. ⁊ quēadmodum in legato dominiū trāsit in legatarium recta via. l. a titio. in fi. ff. de fur. idē in donatione causa mortis. l. ij. ff. de pub. in rē ac. ⁊ quemadmodū in vltimis volūtatib9 habet locū ius accrescendi. l. re cōiuncti. ff. de leg. iij. ita etiā in donatione causa mort. tex. est in. l. vnica. §. fi. ff. de cadu. tol. de quo Barto. non fuit recordatus in repe. d. l. re coniuncti. Item quemadmodum in vltimis voluntatibus reiicitur iuramentum continens quid turpe: ita in donationibus causa mortis. l. que sub cōditione. §. hoc edictum. ff. de condi. insti. Item distinctio que fit an per alienationeꝫ testatoris intelligatur reuocatum legatuꝫ, an sit alienatio voluntaria vel necessaria. l. fideicōmissa. §. si rem. ff. de leg. iij. habet etiā locum in donatione causa mortis. dictum fuit singulare Dy. in. l. stichū qui meus erit. ff. de leg. j. qꝺ dictū Bal. ibi reputat aureū, ⁊ alij sequuntur. Punctus est respondere ad. d. l. tam is. §. j. ⁊ ad. d. l. filiusfamilias. §. pari. quibus videtur quasi impossibile respondere cū tex. non possent esse clariores. sed responde clarius et plenius ꝙ Rapha. cu. ꝙ illi tex. loquuntur in donatione causa mortis ipsi9 patris, ⁊ de re patris: quā filius pōt facere tanꝙ organuꝫ patris: sed non potest testari tanꝙ organuꝫ ipsius patris: ⁊ ista est ꝓprie differentia quam ibi constituit iurisconsultus: ⁊ qꝺ filiusfa. donādo cum cōsensu patris censeatur organū patris: est tex. in. l. edib9. §. pe. ff. de dona. ⁊ in. l. si quis hac lege. §. j. ff. qui ⁊ a quibus. Itēꝫ qꝺ ibi donet de re patris ptꝫ, quia de iure ffoꝝ filiusfa. nihil ꝓpriū habebat qꝺ posset donare causa mor. donabit ergo de re patris, verum de iure. C. filiusfami. potest habere bona aduentitia ꝓpria. ⁊ isto casu tenet Rapha. cum a. quod sicut in his non potest testari cū consensu patris, ita non possit donare causa mortis. Et huic conclusioni nihil aliud obstare videtur. ¶ Si tamē vis tenere cōmunē sniam a qua nullo modo est discedēdū. licet predicta sint pulchra ⁊ subtilia ad acuendum ingenia scholariū: primo habes aduertere inꝙtum Rapha. vult ꝙ pater possit vti organo filij in donando causa mortis, sed non in testando: ita intelligit. d. l. tam is. certe confunditur per fundamentum ipsiusmet Rapha. arguendo negatiue: qui non potest testari non potest etiam donare causa mortis. sicut ergo pater prohibetur vti organo filij in testādo: ita etiam debet ꝓhiberi in donādo cā mor. Nisi tu respondeas ꝙ illa argumentatio negatiua procedit in eo qui facit actū noie ꝓprio: secus si faciat noie alieno. s. patris. Sed ista non est realis responsio sed sola diuersificatio casuū. Item durū est reddere rationē diuersitatis. naꝫ si dicas ꝙ ideo fit, eo q2 testm̄ sit act9 solēnior: aliud fortiter obstabit: q2 sequeref ꝙ pater legādo ⁊ fideicōmittēdo presertim in codicillis vel ab intestato posset vti organo filij, sicut donando causa mortis. ⁊ tm̄ non est verū. Et ad regulam. d. l. j. §. j. ff. de tut. ⁊ ratio. dist. qui non pōt testari non pōt donare cā mortis: Respondet ꝙ illa regula est vera qn̄ quis prohibef testari ex defectu nature: vt est in pupillo propter imbecillitatem intellectus. ita loquitur. d. l. j. §. j. eodem modo in eo qui est surdus ⁊ mutus a natura. ita proprie loquif. d. l. discretis. j. eo. sed filiusfa. non prohibetur testari ex defectu nature: sed ex prohibitione legali propter patriam potestatem. ⁊ istud est qꝺ deuerūt dicere glo. ⁊ Bar. in d. l. tam is. in prin. Ad alia oia fundamenta respondeas vno verbo: ⁊ est cōis doctrina, ꝙ donatio causa. mor. postꝙ est in esse deducta, censetur vltima voluntas. patet. q2 non habet effectuꝫ nisi post mortem donantis: nimirū si regulatur regulis vltimarū voluntatuꝫ. ita procedunt oia similia. s̄. adducta. sed donatio causa mortis prout in esse deducitur equiparatur contractib9 ⁊ non vltime voluntati. ptꝫ. q2 requirif presentia donatarij ⁊ eius stipulatio. l. inter mortis. in princi. ff. de dona. cā mor. ⁊ tm̄ in aliis vltimis voluntatibus est secus: quia possunt fieri absenti et ignoranti. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. ij. ista est doctrina glo. approbata in l. ij. in princip. ff. de dote preleg. plene scribitur in. l. ij. ff. de legat. j.

pendet a facto debentis:implere:z etiā a casu z a fortuna.puta qñ filius existens in partibus remotis fuerit institutus si in patriam reuerterit,z sub ista institui nō potest,z in istis terminis proprie loquitur.d.l.si pater.j.eo.Quedam est conditio mixta alio respectu.s.que pendet a facto instituti,z alterius tertij.z si sit tale factū qd semp possit impleri,z verisimiliter ille tertius implere pōt vt in exemplo glo.Instituo filium si.x.dederit titio.z ista quodāmodo censetur potestatiua.z sub illa pōt filius institui.ita loquunt iura preallegata.¶ Secundo z fortius cōtra cōclusionē gl.facit q ista conditio si dederis.x.titio debeat dici mere potestatiua,z non in aliquo mixta.z moueor p illud qd vult Bar.hic.in.ij.oppo.quem omnes sequuntur.vbi vult qd si aliquis instituat heres sub conditione si manumiserit seruū suū,qd ista dicit conditio mere potestatiua:eo quia lz pendeat etiam in facto serui,tñ seruus verisimiliter consentiet.ita debet esse in hac conditione si dicez dederit tertio:qz licet videatur pendere a facto illi⁹ tertij,tñ verisimiliter tertius accipiet pecuniam.ergo dz censeri mere potestatiua.Et si dicas q in primo casu seruus non pōt refutare libertatē.p.l.fi.C.de testamen.manu.alleg.p Bar.z tñ ille tertius bene posset refutare accipere pecuniā:qz rñdeo q.d.l.si pater.est.l.noua.C.sic ante q esset illa.l.bene seruus poterat refutare libertatem.z sic de iure.ff. tamē illa cōditio si manumiseris seruū tuū:dicit mere potestatiua. d.l.que sub conditione.§.quoties.Cogita nisi respondeas q maior verisimilitudo verset in psona serui,qui magis verisimiliter accipiet libertatē:qua nihil melius prestari potest.l.plane.§.f.ff.de leg.j.nō sic est vel tanta verisimilitudo acceptādi pecuniā.d.l.iij.ff. de condi.institutionū.Itē p ista opi.videtur tertio facere tex.in.l. si cui pure.§.fi.ff.ad treb.Non tñ recedas a cōi opi.In alijs duabus partibus glo.bene dicit.¶ Quasdam alias questiones extra glo.examināt Cy.z alij doc.hic z Imo.z Raph.cu.in.l.in testō.ij. ff.de condi.z demō.de quibus remitto te ad do.Alexan.qz nihil adderē.Vide etiā in materia duas alias questiones p Bal.in.l.si quis ad declinandam.C.de epis.z cle.Et an ista.l.sit hodie correcta:tangūt Ange.z Fulg.in.l.reprehēdēda.j.eo.Et p hoc remanet expedita ista difficillima lex. Iason Pisis.

1 De iure ciuili non est turpe nec prohibitum matrimonium cum consobrina.
2 Spe premij pōt mulier inuitari ad matri.contrahendum.
3 Si monasteriū instituat heres sub conditione,si talē filiā acceperit in monialē,talis conditio tanq̄ turpis rejicitur.
4 Statur confessioni facte in libello supplica.porrecto principi sicut statur confessioni facte in libello conuentionali.
5 Narrata in rescripto pro impetrāte faciūt fidem cōtra eum,etiam si rescriptum appareat subreptitium.
6 Quando mulieri fit legatum,vel instituitur sub conditione si nupserit tali:intra quantum tempus debet talez conditionem adimplere.
7 Si pater acquireret emphiteosim pro se z filijs mascu.z feminis nubentib⁹ intra territo.concedētis,mortuo patre filie femine puberes debent nubere in territorio intra triennium.
8 Extraordinarium auxilium intelligitur officium iudicis.

CONDITIONI. Ista.l.diuiditur i tres partes princ.In prima ponitur thema z decisio.In scđa que est ibi:nec em videri potest, respondetur tacite obiectiōi.In tertia ibi,nec extraordinario,respondet alteri tacite questioni.h.d.¶ Si heres institua tur sub conditione mixta z non turpi,z eius facto nō pareatur cōditioni,locus est substituto.¶ In tex.ibi viduitatez tibi indixisse. sensus litere est fm qd declarāt Sali.z Pau.de ca.q cum mater ordinasset q filia nuberet consobrino,p consequens nō volebat q alteri posset nubere.l.cum ita legatuz.§.j.ff.de condi.z de.vnde qz turpe videbatur consobrinā iungi cōsobrino,in effectu cogebatur remanere in viduitate sine matrimonio:sed sic est q disponēs inductiue viduitatez reprobatur a iure:toto titulo infra de indic.vidui.tollen.tñ hoc non obstāte hic decidit contrarium.† cū de iure ciuili non sit turpe nec prohibitū matrimonium cū consobrina:secus de iure cano.vt dicit glo.z propterea litera dicit probabili cōsilio:qz matrimonium erat legitimū,z inductuz ad bonū finem et effectum.¶ † Not.q spe premij pōt mulier inuitari ad matrimonium contrahendum vt hic:z.l.precedenti.z.l.titio centū.in princ. ff.de condi.z demō.lz non metu pene.l.titia.in prin.alleg.in gloss. pro contraria.z glo.non soluit:eo qz matrimonia^a debent esse libera ab omni pena.c.gēma.de spon.Adde secus esse in matrimonio spirituali,in quo monasterium non potest inuitari spe lucri ad recipiendum aliquem in monachum:qz esset simonia.c.non satis.de simo.Sicut nec spe premij potest testator inuitari ad aliquem instituendum.l.ille autē.in prin.cū gloss.ff.de here.instituen.¶ Subdit tamen Bar.z aduerte qz est pulcher passus† q si monasteriuz instituatur heres sub conditione si talem filiam acceperit monialem,q ista conditio tanq̄ turpis rejicitur:per regulā.l.reprehen

a ¶ Matrimonia.Adde.c.cū locū.z in.c.requisiuit.d spon.z i.c.ij.quod met.cau.

b ¶ Illa censetur esse cōis opi.Adde c.capellan⁹.de fer.abb.i c.tua nos.d vsur.abb.in c.nouim⁹.de verb.si.abb. in.c.cū sint. d deci.abb. in.c.ij.d cog.spi.abb.i.c. veniēs.d cē. si.Abb.in.c. j.de consti.

c ¶ In dubijs opini.Add.l.sunt psone.ff.de reli.z sū.fu.

denda.j.eo.z institutio valet z remanet pura.Cōtrariū de directo q imo talis conditio nō rejicitur,imo vitiet institutionem:z tenet Bar.sibi contrarius in.d.l.titio centū.§.j.z ibidē Imol.motus p.d.l.ille aūt.in prin.z ibi Ang.z Imo.idē tenēt inducēdo vt ibi p eos.Et dicit.d.Alex.hic qd ista est cōis opi.ɔtra Bart.hic. quā ēt sub dubio forte tz Jo.de ana.i.d.c.nō satis.i vl.col.Sz credo qd erret.d.Alex.z poti⁹ opi.bart.h sit magis cōis:saltē apud doc.Nā illa cēset esse cōis opi.^b que pluriū doc.testimonio cōprobatur.l.j.ver.z sane crebrior apud veteres opinio est.z ibi ad hoc no.Bal.ff.de offi.questo.z in.c.nouimus.in verbo opinio a pluribus approbate.z ibi Ant.de bu.ad hoc no.de ver.sig.z text.in c.de inducijs.in verbo in quo plurimi ɔcordant.iij.q.iij.Idez etiā tenet Bar.in.l.vxorē.§.heres.ad fi.ff.de leg.iij.Idē Bald.in.l.j.in j.col.s.eo.q fm Bal.ista non dicit simonia.imo dicit dispositio pia z p anima testatoris.Idē tz Ang.in.d.l.j.in.j.col.s.eo.z ibidē Pau.de ca.q uis clare se non firmet.Idē expresse tenet Rapha. Ful.in.d.l.j.motus qz in dubijs opinionib^c tenenda est sñia que fauet testō,z sic institutioni.l.si pars.ff.de inoffi.testa.Idē motus z scđo/qz in dubijs opi.amplectāda est illa q fauet religiōi.l.sunt psone.ff.de reli.z sum.c.fi.de re iudi.Eandē opi.tenet Rapha.cu. in.d.l.titio cētū.§.j.z ibi aperte Pau.de ca.in lec.paduana,dicēs q ista opi.est magis in vsu z magis approbat.Facit bene qd dicit Bar.in.l.titia.ad fin.princ.ff.de verb.ob.z in consi.suo qd incipit Dña minuta.Et tenēdo istā sñiam facile est respōdere ad.d.l. ille aūt.q ideo ibi vitietur institutio,eo qz censetur captatoria:vt dixi in.l.captatorias.s.de testa.mi.z in.l.cū donationis.post gloss. z alios.C.de transa.¶ † Scđo no.ex tex.ibi cū ex his pcibus q in libello complexa es.qd statur confessioni facte in libello supplicatorio porrecto principi sicut statur confessioni facte in libello conuētionali.l.cū precum.C.de libe.cā.dato qd confessio sit facta absente parte:eo qz facta est in scriptura que semper loquitur.vt declarat Bar.in.l.certum.§.si quis absente.ff.de confessis.z in.l.ij.§. fin.ff.de iure fisci.Canoniste in.c.fi.de confes.Adde qd idem est ex parte rei:nam si reus in exceptionibus suis aliquid confiteat,plene probat.tex.est in.l.j.z ibi Bart.z alij ad hoc not.C.de his que pe.no.Bar.in.d.§.si quis absente.in fin.Ludo.roma.in consi.lij. incip.ad discutiendum.in vltimo dubio.z in consilio.cccxxv.qd incip.quo ad primum quo queritur an stichus.in.vij.dubio. ¶ † Itē adde q etiam narrata in rescripto pro impetrāte faciūt fidem contra eum:etiam si rescriptum appareat surreptitiuz.ita tenet Joan.an.z ibi canoniste in.c.cum in positionibus.de iureiuran.in.vj.quem etiam sequitur Abb.in consil.xxviij.incipien.in questione que ad presens vertitur.Posset tamen talis confessio pretextu erroris corrigi z emendari.iuxta glo.not.in.l.error.z ibi doct.z ibi ordinarie posui.C.de iur.z fac.ignoran.cum concor.ibi traditis.Dummodo reficiantur expense.iuxta glo.in.l.rura.z ibi Bartol.C.de om.ag.deser.li.xj.Et quod talis confessio pretextu erroris possit corrigi:declarat Barto.in.l.ij.§.fi.ff.de iure fisci.et Bald.in specie.in.d.l.error.in.vj.col.z Paul.de cast.z do.Alexā. hic.¶ Vltimo circa hanc.l.z precedentē.z quasi alias leges huius titu.† Quero quando mulieri fit legatum vel instituitur sub conditione si nupserit tali,intra quantum tempus debeat talem cōditionē implere:z an perpetuo admitti possit.Istum passum tangit solus Paul.de cast.hic.alij mentionem non faciūt:z post multa in effectu cōcludit quod nisi mulier fuerit interpellata ab illo cui debet nubere,vel nisi limitatū sit sibi tempus a iudice ad instantiam creditorum vel substituti,vel nisi mortuus sit ille cui debebat nubere,ante q ipsa procuraret matrimoniū:quod extra istos tres casus potest quandocunqz cōditionem implere:z quādocunqz impleat semper admittetur.Nec obstat regula.l.hec cōditio si in capitolium.ff.de condi.z demon.vbi traditur regula q conditio debeat statim impleri q primum potest:qz responde q illa regula procedit in legatis z in fideicō.particularibus:secus in institutione in qua tractatur de maiori preiudicio:ita limitat gloss.ordi.z sing.in.l.si quis instituatur heres in diem.in princip. in glo.in ver.prefinit tēpus.ff.de here.inst.Bar.in.d.l.hec cōditio. Bal.in.l.si pater.in.v.q.z ibi Cy.in.iij.q.§.e.Nō meminit Paul. de ca.qd contra eum est casus in terminis decidens.q.suam.in.l. ij.§.ad filiorum.quē ibi expresse Bar.z alij ad hoc no.C.qñ z qui. quar.pars de.lib.z.vbi ista cōditio si nupserit,habet limitatū tēpus:qd mulier post pubertatē debet intra trienniū nubere z implere conditionem.z sic non est verum q cōditio si nupserit,possit semper impleri.qz limitatur a iure vsqz ad trienniū.Et dicit ibi Joā.de platea qd ille tex.est de hoc vnicus.z Aug.in iure.Et per illum tex.infert idem Jo.de pla.post Bar.ibi/q si pater acquireret emphiteosim pro se z filijs masculis z feminis nubentibus intra territorium concedentis,q mortuo patre filie femine puberes debent nubere in territorio intra trienniū:alias non admitterentur ad emphiteosim:per illum text.quod singulariter nota:quia de facili dixisses oppositum.Et sic decisio Paul.de castro non

castro.non est vera in terminis in quibus loquitur.s.in conditione si nupserit:qr illa hꝫ limitatum tempus trienij,vt predixi in.d.§.ad filios.sed in alia conditiõe apposita in instõne satis posset procedere.Nisi dicas ꝙ ille tex.loquatur in casu spãli.tñ Barto.et doc. ibi generaliter notant ex illo tex.Limita tñ illum text. procedere in ista conditione si nupserit,q̃ adiecta mulieri dꝫ intra trienniuꝫ impleri.Secus autẽ est in conditione institutionis:qñ testator institueret filiã vel vxorẽ si ꝯtinenter vixerit.nã videbatur qd satis esset si intra trienniũ ꝯtineret:p.d.§.ad filioꝝ.tñ requiritur ꝙ perpetuo contineat,et stet in viduitate.fm Bald.ita limitantẽ in.c.j.ad fi.de sum.tri.et fi.catho.Confirmatur ista limitatio:quia aliud est querere intra quãtũ tps dꝫ impleri conditio:et tunc loquitur.d.§.ad filiorum.et alia que superius sunt allegata:aliud est querere an in implemento cõditionis requiritur pseuerantia,qñ hꝫ tractum successiuũ.et tunc loquitur.l.si quis heredẽ.cum materia infra eo. ¶Gloss.in verbo indiges.diuide in tres.In prima declarat text. In scda per viam limitationis remouet vnum cõtrariũ.In tertia opponit cõtra tex.et non soluit.Scda ibi.et hoc si honeste.Tertia ibi,item arg.contra.¶Ex prima parte glo.nota qd eo casu in quo cõditio institutionis et legati vere non impletur:tamen habetur pro impleta,qñ tunc competit officium iudicis:vt hoc text.in ver. extraordinario auxilio.†nam extraordinarium auxilium intelligitur officium iudicis.l.si cui legatum.in princ.vbi glo.in ver.extra ordinem.ff.de condi.et demon.l.cũ filiusfami.viaticũ.iuncta glo.ff. si cer.pe.¶Istam glo.ad hoc notat et dicit non esse alibi Bar.in rub.ff.de offi.iuri.in.ij.col.ad fin.et cum ea simpliciter transit. Tamen Barto.et magis cõiter doc.in.l.in testõ.ij.in fin.ff.de condi.et de.et in hac.l.et in locis infra allegãdis tenent ꝙ imo isto casu competit actio ex testõ,sicut si vere conditioneꝫ impleuisset.p tex.in.l. si peculium.§.his cui seruus.in fi.ff.de sta.libe.qui tñ posset induci ad oppositum in ver.ex cõstituto potius iure ꝙ ex testõ.allegãt etiam.l.cũ pupillus.que magis facit in ver.iure cõmuni.ff.de con. et demon.Sed tu aduerte qr ista decisio doct.non põt cõuenire hereditis instõni de qua loquitur hic tex.qr heredi impleta conditione nunꝙ cõpetit actio ex testõ:sed petitio hereditatis et rei vendicationis:quia tunc competit actio ex testõ ad legatuꝫ.secus quando haberetur pro impleta aliquo iure singulari.Sed in institutione heredis quando heres est institutus sub aliqua conditione quam vere non implet,tamẽ habetur pro impleta,nunquid posset adire hereditatẽ:debet distingui.Aut eniꝫ conditio habetur pro impleta etiam de iure ciuili,et tunc potest adire hereditatem de iure ciuili.Sed si solum habeatur pro impleta de iure pretorio,vt qr solus pretor talẽ cõditionem reijciat:et tunc solum potest agnoscere bonoꝝ poss.casuꝫ habes et exemplum in.l.facta.§.si in dãda.ff.ad treb.ita vult Bart.in.l.in testõ.la.ij.in fi.ff.de.condi. et de.bal. in.l. j.§.eo.Ange.in.l.si mater.j.e.et plenius ꝙ aliquis Paul.de cast. hic.et do.Alex.reprehendens Imo.tenentẽ cõtr in.d.l.in testõ.ij.p tex.in.l.stichum.§.si stichus titie.in verbo ex testõ.de statulibe.dic plenius per eum.Tu pro cõi opi.adde bonum simile.nam quando iuramentum est remissum per partem,quo casu habetur p prestito:ita oritur actio et exceptio sicut si iuramentuꝫ esset actualiter prestitum.l.nam et postea.§.j.ff.de iureiur.ergo quantũ ad danduꝫ actionẽ eandẽ,paria sunt:vel ꝙ actus vere sit factus,vel ꝙ habetur pro facto:eo qr steterit p parteꝫ.In vltima parte glo.respõde vt dixi in tex.ꝙ licet mulier spe institutiõis vel alterius premij possit inuitari ad matrimonium,vt hoc text.cum similibus:tamẽ nõ potest metu pene astringi.ita loquitur.d.l.titia.qr aliud est spe premij inuitari:aliud metu pene astringi.l.titio centum.in prin.ff. de condi.et demon. Jason Pisis.

1 ☞Si mater instituat filios heredes sub conditione si emancipati fuerint a patre,etiã si nõ emãcipentur,tñ aliter efficiantur sui iuris: vel per mortem ciuilem patris:conditio habetur pro impleta.

2 Si testator instituit filios heredes,et reliquit vxori vsumfructum certi fundi pro toto tempore vite sue,si caste et honeste vixerit,et vitam vidualem seruauerit:et post mortem vxoris talem fundum reliquit titio:si vxor contrahat scdm matri.an titius debeat statim habere fundum,an expectare vsquequo vxor moriatur.

3 5 Non refert quid ex equipollentibus fiat.nu.4.et.6.

6 Aditio hereditatis dicitur ius et non facultas.

SI mater. ᵃH.d.institutio collata in vnum casum refertur ad aliuꝫ sibi similem. ¶Vel sic,non refert quid ex equipollentibus fiat. hoc dicit.¶Vel sic et pinguius.institutio facta sub conditione emãcipationis,purificatur nõ solũ secuta emãcipatione:sed etiam per mortẽ patris naturalẽ vel ciuilem.h.d. ¶†Not.ex hac l.ꝙ si mater instituat filios heredes sub conditione si emancipati fuerint a patre,ꝙ etiã si non emãcipentur tamẽ si aliter efficiatur sui iuris,vel per mortem ciuilem patris et sic per deportationem: vel per mortem naturalẽ:conditio habetur pro impleta.et consequuntur institutionẽ.Dubiũ faciebat fm Ange.et Pau.de ca.qr cõditiones debent impleri in forma specifica.vñ si instituo aliquem heredẽ si decẽ dederit seruo titij,certe si daret ista.x.titio dño serui,conditio non habetur pro impleta:sed opus est ꝙ formaliter det ipsi seruo ꝙuis in effectu intelligatur data titio:cuꝫ per seruuꝫ titio acquirantur.l.q heredi.in princ.et.l.meuius.ff. de condi.et de.hic tñ contrariuꝫ deciditur:qr magis testator cõsyderauit effectũ ꝙ formã: ideo eñi mater in hac.l.instituerat filios sub hac cõditione si emancipare̅tur a patre,eo qr nolebat p filios queri hereditatem patri. sꝫ idem effectus sequitur qñocũqꝫ filij efficiantur sui iuris.et quotiescũqꝫ idem effectus sequitur,non refert qd ex eqpollentibus fiat.Facit tex.in l.fi.ad fi.ff.manda.secus qñ testator cõsyderauit potius formã ꝙ effectum.d.l.qui heredi.et.l.meuius.ff.de cõdi.et de.Et si vis intelligere qñ testator dicatur cõsyderasse effectũ potius ꝙ formam:et qñ econtra:vide Bar.declarantẽ in.l.gallus.§.et qd si tm̃.cũ suis concor.ff.de lib.et post.vel dic ꝙ cõditiones q̃ ꝯsistũt in dando:qr sunt magis precise ille debẽt ĩpleri in forma specificata.ita loquitur.l.qui heredi.et.l.meuius.secus est in alijs cõditionibus que non consistunt in dãdo:qr possunt impleri vel sua forma vel per equipollens. vt

2 hic traditur per Bar.in.d.§.et qd si tm̃.¶†Facit ista.l.ita declarata ad questionem sepius occurrentem:de qua dicit Paul.de cast.se fuisse sepius interrogatuꝫ:pone testator instituit ᵇ filios heredes, et reliquit vsumfr.certi fundi vxori,p toto tpe vite sue:si caste et honeste vixerit,et vitã viduale̅ seruauerit:et post mortẽ vxoris talem fundũ reliqt titio.pone ꝙ talis vxor cõtrahat scdm matrimoniuꝫ, nunquid titius debeat statim habere legatũ.an expectare vsquequo vxor moriatur.Ita ꝙ interim filij instituti vel venie̅tes ab intestato possideant.Istaꝫ questionẽ disputauit Ricar.malũ.in quadam questione que incipit.quidaꝫ in testamẽto suo.et ibi adducit sex fundamenta p parte titij,ꝙ statim habere debeat.et alia sex ad oppositũ.finaliter cõcludit ꝙ titius statim debeat haber funduꝫ non expectata aliter morte vxoris:eo qr testator qui reliquit fundum titio post mortem vxoris,credidit qd vxor deberet durare in viduitate.et ideo donec vxor haberet,noluit Titiuꝫ cõsequi.ergo qñocũqꝫ desinat vxor habere siue p mortẽ siue p transitũ ad secundas nuptias:certe Titius admittetur.p regulã tex.nostri. Et confirmatur qr cessante cã dilationis dꝫ cessare ipsa dilatio.l.a filia.§. alumno.ff.ad trebel.Mouetur etiã principaliter p tex.notabilem.in l.mulieri.in princ.ff. de condi.et demon.et in.l.si ita esset.ff. qñ dies lega.cedat.vbi si filij sint instituti heredes si efficiantur sui iuris per mortẽ patris,certe consequuntur institutionem si pater viuus eos emancipet.Et illã disputationẽ Ricar.malũ.refert et sequitur Joã. an.in addi.Spec.in ti.de secũ.nup.super rub.et latius Alberi. in aut.hoc locum.C.si mulier scdo nups.Et cum illa decisione tenet Paul.de cast.hic.et dicit se ita pluries de facto consuluisse. Idem tenet Paul.de castr.in.l.si quis heres ita scriptus.et ibi Fran.de are.ff.de acqui.here.Idem tenet Barto.in repe.d.aut.hoc locum in.vj.col.vbi etiã per alios.Idem tenet do.Alex.hic et simpliciter. in.d.l.mulier.la.j.ad fi.prin.ff.ad trebel.et in.d.l.gall.§.et quid si tantum.in.vj.col.vbi dicit ꝙ pridie de hoc consultus ita respondit.et idẽ do.Alex.in cõsi.xij.in.ij.vol.incip.attentis verbis testamenti.et in consi.c.in.iiij.vol.qd incipit visa prima parte testamenti.in.ij.col.ad fi.et seq.Et ista est cõis sñia scribentiũ.Sed in contrarium videtur facere tex.in.l.vxori vsumfru.ff.de vsu et vsufru.lega. p quẽ tex.cõtrariam opi.tenet Lu.ro.in.d.l.si qs heres ita scriptus. Et per illũ tex.alibi determinat Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua. ver.cxlv.ꝙ si aliqs acquisiuit emphiteosim pro se et.filijs masculis suis vsqꝫ ad.xl.annos.Pone ꝙ talis emphiteota moriatur sine filijs intra.x.annos.quid erit de residuo temporis.ad quem spectabit talis emphiteosis.an spectabit statim ad dominum. determinat Spec.ꝙ nõ.et ꝙ imo nondũ transactis.xl.annis trãsmittetur ad alios heredes.p.d.l.vxori.Est verũ ꝙ Jo.an.ibi tenet cõtrariũ. et reprehendit illã decisionẽ Spec.Tenendo cõmunem opi.rñde ᶜ ad.d.l.vxori.quod dictio tunc,ibi posita tollit cõtrarium,cum denotet extremitatem temporis.l.iiij.in fi.ff.de cõdi.et de.ita respõdet Barto.in.d.l.vxori.Vel secundo responde ꝙ tex.in.d.l.vxori.loquitur quando testator apposuit tempus certũ et determinatum.s.quinquenium:tunc bene expectatur lapsus totius quinquennij:licet vxor prius moriatur:sed in questiõe ista fuit appositũ tẽpus incertũ:et sic nõ ita limitatũ.qd tẽpus incertuꝫ facit condi.l.dies incertus.ff.de condi.et de.et superius dixi. ¶Pro ista opi.Ludo.cõtra cõmunẽ facio tria fundamenta.Primuꝫ qr testator in dubio presumitur minus grauare heredem ꝙ possit.l. apud iulianum.§.scio.ff.de lega.j.presertim quando sunt filij heredes instituti.ergo in casu dubio quando voluntas testatoris est ambigua:vt in casu isto,debet fieri interpretatio pro herede contra legatarium.Secundo et fortius facit.nam hic legatũ est factũ post mortem vxoris:et sic tempus incertum.l.heres meus.in prin. ff.de condi.et demon.et sic sub cõdi.cũ tale tempus incertũ habeatur pro conditione.l.dies incertus.ff.de condi.et de. Item est adiecta

ᵃ ¶Si mater.de materia istius.l. adde Ang. et Joan. de imo.i.l.mulier.la.j.i prin. ff.ad treb.

ᵇ ¶Testator instituit.ad de petruꝫ de vbal.i repe. c.raynuti⁹. de testa.bal. qñl.incipiẽ. testator.

ᶜ ¶Dictio tunc.adde.l. vxori.la.j.ff. de vsu et vsufruc.leg.l.j. ad fin.C.de proc.raph. ful.consil.l. incipi.qdaꝫ raymundinus.

alia conditio si vitam vidualem seruauerit.ergo cum hic adsit duplex conditio non debet sufficere q̄ vna sit purificata.l.si heredi plures.ff.de cōdi.insti.z.l.si ita quis stipulet̃.ff.de verb.ob.ergo nō sufficit qd vxor desierit caste viuere,nisi etiā copulatiue sit impleta alia conditio mortis:presertim cum ista scda sit potius relata ad scdm legatū q̄ prima.Nisi diceres prout dicit Bald.in.c.ij.in pe.col.de rescrip.q̄ potius est inspiciēda mens q̄ copula verborū.qr cōiunctiones ac aduerbia sepe ponunt̃ improprie,z vnū pro altero.vt dicit glo.in.l.eas causas.ff.de cōdi.z de.Uel dicas q̄ cū iste copulatiue nō sint respectiue adinuicem:ideo non requirit̃ ɔcursus.fm doctrinā Bar.in.d.l.si heredi plures.Tamē aduerte quia si doc.habēt respectū ad primā cōditionē:z propter eius defectū volunt titiū debere admitti:ergo fortius dz haberi respectus ad proximā cōditionē mortis,que immediate respicit legatum titij. Tertio pro ista parte facit fortius tex.in.l.fideicommissa.§.si cui ita fuerit.ff.de leg.iij.sz quē videt̃ q̄ intelligi dz tex.in.d.l.mulier.in prin.z in.l.si ita esset.s.alleg.p cōi.dū volunt deberi fideicōmissuz.verum est mero iure.sed nō in effectu donec purificet̃ realiter cōditio per mortē patris.Nec solutio gl.z Bart.q̄ tradit̃.in.d.§.si cui ita fuerit.videt̃ posse stare:qr destruit illū tex.Nō tñ p ista re

3 cedas a cōi snia que iudicādo z ɔsulēdo est amplectēda.¶ †Secūdo no.ex hac.l.illud ad qd allegat̃ ista.l.qd non refert quid ex equipollentibus fiat.cōcordātes habes in glo.Et adde qd dicit bart.in.l.ab emptione.in vl.colū.ff.de pac.de qua regula remitto te ad plene scripta per Bar.z alios in.d.l.gallus.§.z quid si tm̄.ff.de li

4 be.z post.¶ †Adde qd ista regula est in tantuz vera,qd illud qd est equipollens non intelligit̃ exclusum etiā per dictionē taxatiuā tantū:vel similē:vt pulchre cōsuluit Pau.de ca.in cōsi.ccxcvj.Et ad hoc vltimum bene faciunt que dixi in.l.vnica.in princi.ff.si qs ius di.nō obtē.de statuto loquēte per dictionē taxatiuā,qd tñ nō excludit casus equipollētes vel similes.¶ Limita tñ istam regulam qñ aliquid requireretur pro forma a lege vel statuto:z vltra procederet annullādo.tūc nō sufficeret illud impleri per equipollens.ista limitatio clare colligit̃ ex decisione Bal.Ange.z Alex.in.l.j.ff.de libe.z post.vbi volunt q̄ si statutuz reqreret pro forma qd in cōtractu apponat̃ nomen z cognomē cōtrahentiū z patris:alias cōtractus sit nullus:certe non sufficeret equipollens.puta si esset nomē elegās vel singulare.z do.Alex.in pe.col.expresse not.istaz limitationē.Et ad hoc adducit multa alia que per te videas. Facit tex.in.l.qui per salutē.ff.de iureiur.Sed in contrarium pondera tex.in.l.iubemus.s.de testa.vbi.l.expresse requirit pro forma z validitate testamenti,q̄ testator proprio nomine debeat nuncupare noīa heredum:z tñ ibi glo.approbata p oēs tenet q̄ sufficeret si notarius corā testatore nūcupauit:ecce q̄ ibi lex requirit pro forma:z tñ pōt impleri p equipollēs:z nihilominus.l.ibi vltra procedit annullando.ibi bene tetigi z examinaui:ideo hic non repe

5 to.¶ †Ultimo no.tex.in fi.in ver.ius adeunde hereditatis:q̄ aditio hereditatis dicitur ius non facultas.z ideo cū sit ius sequitur q̄ possit p̄scribi.xxx.an.p regulā.l.sicut.z.l.oēs.C.d prescri.xxx.an.nam si esset facultas,facultati nunq̄ p̄scribit̃ etiam mille annis.l.viam publicā.ff.de via pu.no.Barto.post glo.in.l.cū notissimi.in p̄n.C.de prescri.xxx.an.Et qñ aditio hereditatis sit ius:vid bar.declarantez in.l.is potest.ff.de acqui.he.z q̄ aditioni.xxx.an.p̄scribatur:qr est passus subtilis z disputabilis disputabo in.l.lz.vbi tex.prin.j.de iur.deli.Sicut etiā si vendat̃ res cū pacto q̄ vendēs vel eius heredes possint qñcunq3 oblato p̄cio redimere.certe tale ius redimēdi,nō obstante q̄ sit dictū qñcūq3:qr non est mera facultas,tollit p̄scriptione.xxx.an.Jta signāter consuluit Ange.in cōs.lv.qd inci.Guil.z Fran.z cōsuluit q̄ istud pcedit etiā si istud pactum sit iuratū.imo fortiꝰ etiā si sit di tñ q̄ qñcunq3 z sine aliqua prescriptione,z ibi pleniꝰ p eū:z sz illud cōsilium pluries de facto interrogatus respondi z cōsului.Jmo plus tenet Pet.de anch.in consi.cccxxxij.inci.visis diligēter actis z actitatis.in.ij.col.q̄ talis facultas redimēdi rem vēditā tollit̃ p lapsuz decennij:z lapso decennio vēditor dr̃ cōstitui in mora ad redimēduz:rōnibꝰ de quibꝰ ibi per eū.¶ Gloss.in verb.sua cā.quā diuide in quatuor partes. Jn prima declarat tex.in scda notatur ex tex.Jn tertia allegat cōcordan.Jn quarta z vltima format.ij.oppo.z non soluit.Scda ibi:z sic nota ex hac.l.Tertia ibi:z facit.s.de inoffi.testa.Quarta z vltima ibi:sed argu.contra.Jn vltima parte rñde secunduz Cy.

6 z latius Albe.hic.†q̄ qñ casus equipollentes sunt eiusdem effectus,z tūc procedit regula nō refert quid ex equipollētibus fiat.vt in tex.secus autē qñ nō sunt eiusdē effectus,vt apparet in legibus in glo.allega.de qua materia recurre ad Bart.z alios in.d.l.gallus.§.z quid si tantum.Jason Pisis.

a ¶ Conditionum.Adde gl.in rub.ff.de ɔdi.z de.Cy.in.l.j.C.de ɔdi.insti.

b ¶ Filius in ptāte.adde l.suusꝰ.ff.de ɔdi.z de.z in d.l.suꝰ q̃q3.in prin.ff.de here.insti.

1 Tres reperiuntur species conditionum.
2 Filius in potestate potest instituti sub conditione si fecerit testa.dato q̄ in defectum non sit exheredatus.
3 Que censeātur facta facilia z que difficilia.
4 Filius in potestate nō potest instituti sub cōditione casuali,tamen bene sub potestatiua.nu.5.z sub quacunq3 conditiōe,dummodo in defectū exheredetur.nu.6.z.11.z nu.16.
7 Filius emancipatus potest instituti sub quacūq3 ɔditione casuali vel mixta,dato q̄ in defectum nō exheredetur.z nu.14.
8 Mater vel auus maternus possunt filios vel nepotes instituere sub quacunq3 conditione,q̄uis in defectum non exheredentur.z nume.13.
9 Si filius in potestate est institutus sub conditione potestatiua cōsistente in facto,z non stet per negligentiam suam sed per casuz vt non impleat,habetur pro impleta:z succedit.
10 Jnstitutus sub cōditione si moriat̃ ea pendēte nihil transmittit.
12 Filius posthumus potest institui sub quacūq3 conditione:dūmodo purificetur ante eius natiuitatem.
15 Licet stet per filium quominus impleat conditionē mixtam sub qua est institutus,an possit adire ab intestato.
17 Si filius in potestate sit institutus sub ista conditione mixta si in patriam redierit,testamentum est nullum.
18 Hodie conditio casualis vel mixta apposita in institutione filij in potestate non vitiat testamentum:sed rejicitur q̄tum est legitima filij.z nu.19.
20 An conditio casualis vel mixta adiecta in testamēto matris rejiciatur hodie.
21 Stante statuto q̄ existētibus filijs masculis filie femine non succedant,sed debeant dotari a patre,z esse cōtēte dote:si pater in testamento relinquat filie pro dote,filia mortuo patre non debebit statim habere relictum pro dote,sed differtur in diem nuptiaruz:nec talis dilatio aut cōditio si nuptie sequant̃,rejicitur.
22 Filius institutus sub cōditione casuali vel mixta succedit ab intestato:qui si nō obstante tali conditione approbet testamen.tunc succedit ex testamento de iure ciuili.nu.23.

SI pater. Jsta.l.est repetibilis,z hz materiam †de summis apicibꝰ iuris:z in ea bar.exorditur:q̄ hz materiam in qua qui plus scit plus dubitat.Et dicit Raph.Ful.in rep.huiꝰ.l.in.iij.char.bar.veraciter istud dicere plus intelligentē in hac materia plus dubi

1 tare.¶ †Ad euidentiā hūī p̄mittere iuuenes,q̄ quatenus ptinet

a ad ppositū nostrū cōditionūa tres reperiunt̃ spēs.Quedam est mere ptātiua,q̄ pēdet a solo facto z volūtate debētis implere.Quedā est mere casualis,q̄ tota pēdet a casu z fortuna.Quedā ē mixta vt dicit tex.ad literā in.l.vnica.§.sin aūt aliqd sub cōditione.C.de cad.tol.z in.l.suus quoq3.p totā.ff.de here.insti.Conditio aūt potestatiua quedam cōsistit in dādo.z ista pōt qñcūq3 ipleri etiā i vltimo vite spiritu.Jtē pōt ipleri per aliū tex.est in.l.fi.ff.de condi.insti.Quedam est que cōsistit in faciēdo.tūc cōsydera q̄ quedā sunt factu facilia,que frequēter z vt in pluribꝰ de facili pñt ipleri:z talia censent̃ esse ɔditionis mere ptātiue:z sub tali pōt etiā filiꝰ institui,dato etiā q̄ factū sit tale qd nō possit impleri vltimo vite spiri

2 tu text.est ita distinguens in.d.l.suus quoq3.†Hinc est q̄ filius in

b ptāteb pōt institui sub cōditione si fecerit testm̄:dato q̄ in defectū non sit exheredatus,tex.est melior de iure fm do.Alexā.hic in.l.si libertus.la.j.§.si libertinus.in ver.existimo.ff.de bo.liber.z tñ facere testm̄ est actus q nō pōt vltimo vite spiritu adimpleri.l.iubemꝰ.s.de testa.z declarat late Cyn.hic in.j.q.Sed tu aduerte quod ille tex.parum facit in pposito,lz etiā alleget̃ p doc.hic:qr loquitur in filio emancipato.vt pluries repetit ille.§.si libertinus.sed clarū est emancipatum posse institui sub cōditione casuali vel mixta,et valet testm̄.l.iij.§.si sub ea.ff.de bo.pos.ɔtratab.z dicet̃.j.in.ij.not.tex.qr iste tex.l.cū mysterio loquit̃ de filio in ptāte.Et q̄ dictꝰ ver.existimo.loquatur in emācipato:lz etiā Fulgo.in repetitione huius.l.in.j.char.in fi.reprehendens doc.q̄ male allegēt illū tex.hic.Et qd loquatur in filio emācipato,vltra qd tex.s.pluries repetat,suadetur:qr etiam tex.in.§.seq.loquit̃ de filio emācipato.Nec obsi subtiliter dicatur quod imo tex.in.d.ver.existimo.in fi.loquitur de filio in potestate:quia dicit nisi filius ab eo nominatim exheredatus fuerit,quod non pōt intelligi in filio emācipato:pz,qr qñ filiꝰ emācipatus instituit̃ sub conditione casuali vel mixta,non est necesse q̄ in eius defectum exheredetur.d.l.iij.§.si sub ea.alias nō esset tunc differentia inter emāciparū sic institutū,z filiū in potestate.z tñ tex.iste z similes volūt esse differentiā.Et hoc modo est necesse intelligere quod in.d.ver.existimo.mutet̃ casus.z ibi loquitur de filio in potestate:lz.s.locutꝰ sit de filio emācipato.z isto modo intelligēdo illū ver.existimo.erit bene allegatus per doct.Tu aduerte qr dicere qd in ver.existimo mutet̃ casus:istud est diuinare z destruere illum tex.nā totus pcedit prosequendo eundem casum.alias decisio iurisconsulti precedens esset imperfecta.Nec obstat fundamentū supra factū.q̄ si ille tex.in ver.existimo.in fi.loqueretur de filio emācipato instituto sub conditione casuali,non esset necesse qd in eius defectum exheredet̃.d.l.iij.§.si sub ea.quia respondetur esse verum q̄tum ad validitatem testamenti,vt testamentum valeat.z ad hoc vt ei detur scdm tabulas.vt ibi.sed quantū ad

quantū ad hoc vt deficiēte illa cōditiōe admittatur substitut⁹.bene est necessariū qd in defectum conditionis fuerit exheredat⁹.ita ꝓprie loquitur ille ver.existimo.in fin.Et qd sit verū ptz quia si filius emancipatus non esset exheredatus in defectū talis conditionis, certe deficiente cōditione non admitteretur substitutus vt clare ibi dicit tex.in ver.si deficiente conditione.ad cuius declarationem sequitur ver.existimo.Et ista est veritas.¶ Quedam sunt facta difficilia:& ista si apponantur in conditione institutionis reddunt conditionem mixtam.& de istis ꝓprie loquitur ista.l.†Que aūt cēseantur facta facilia & que difficilia non pōt tradi certa doctrina:sed relinquitur arbitrio iudicis.d.l.suus quoqȝ.& declarat Azo in summa huius tituli.¶ Item.in scdo pro intelligētia tex.debes aduertere ꝙ si in casu.l.nostre pater simpliciter instituit filium sub cōditione mixta,si in patriam reuertatur:nec aliud dispofuit:ista .l. nullam contineret vtilitatē respectu institutionis.qꝛ siue dicamus testamentuȝ valere:siue nō:vtroqȝ casu filius succedet in totum patri. Vt ergo ista.l.vtilitatē ꝯtineat non solū respectu legatorū,sed etiā respectu institutionis,presuppone ꝙ filius habebat coheredem.& tūc vtilitas est;qꝛ si testm̄ vȝ,filius in ptāte nō obtinebit nisi partē in qua est institutus:& coheres aliā partem.Si aūt testm̄ non vȝ filius ab intestato succedit in totū.Hec dicas ꝙ sit diuinatio ꝙ filius habebat in hac.l.coheredem & istud necessarium est presupponere ꝓpter aliud:qꝛ si filius esset institut⁹ sub conditione casuali vel mixta:& in defectum exheredatus,certe non sufficeret:vt dicit tex.nisi adesset coheres vel substitutus cuius aditione possit cōfirmari exheredatio.Et sic verbum exheredatum,positum in hac l.importat dationē coheredis:qꝛ alſ nō valeret.vt.l.filiū.sed cum exheredatio.ff.de bo.pos.cōtratab.&.l.iij.§.si.ff.de lib.& post.et ita in specie ad hūc tex.tȝ Cy.hic in.ij.opp.bal.in.vij.q.& sequuntur oēs Moder.& docto.in.l.filius a patre.in princi.ff.de libe.et posthu. ¶ Istis breuiter ꝑmissis venio ad tex.Ista.l.ſm glo.in ꝟbo cum autē.Cy.Albe.Bal.& Sali.diuidit in duas ptes.Vel ſm Fulg. Pau.de ca.& do.Alex.hic pōt diuidi in tres.In prima ponit dictum in genere.In scda ponit decisio in specie.In tertia ponitur illatio ex decisiōe.Scda ibi,cū aūt trās mare.Tertia ibi,&ideo nō adire prohiberis.Tu diuide fundamentalius in tres partes.In prima ponit vnū dictū in genere,ex quo eliciuntur quinqȝ regule. vna expressa que est negatiua.& alie quatuor a cōtrario sensu,que sunt ꝑmissiue:vt dicā statim in.j.no.In scda ponit exemplū & decisionē ꝑme regule exꝑsse,qū filius in ptāte est institut⁹ sub cōditione mixta:& in effectu non est exheredatus.In tertia & vltima ponitur illatio,qd cū testamētum sit tūc nullū,perinde est acsi filius fuisset ꝑteritus.& qd talis filius ab intestato successionem obtinebit.p.l.j.cū.§.si.ff.de iniust.rup.Uel quarto & subtilius diuiditur ista.l.in tres partes.In prima ponit maiorem propositionem.In scda ponit minorē.In tertia ponit conclusionē:& sic erit perfectū argumentū syllogisticū.Partes nō mutantur.hoc dicit.filius in potestate non pōt institui sub cōditione,que non sit in ei⁹ ptāte:puta sub casuali vel mixta nisi in ei⁹ defectū sit exheredat⁹.alſ testamentuȝ est nullū:& pōt hereditas ab intestato adiri.h.d.¶ Casum in terminis figurat Bal.hic.quem vide p te.¶ Nota ex prima parte quinqȝ regulas.vna ponitur expresse in tex.alie colliguntur tacite a cōtrario sensu.†Regula expressa est qd filius in ptāte non pōt institui sub conditione casuali vel mixta,nisi in defectuȝ exheredetur.cō cor.habes in glo.¶†Scda regula tacita est ꝙ filius in ptāte bene pōt institui sub cōditiōe ptātiua dato ꝙ in defectū nō exheredetur:& dato ꝙ talis cōditio nō possit p aliū impleri,nec in vltimo vite spiritu.¶†Tertia regula est ꝙ filius in ptāte potest institui sub quacūqȝ conditione dūmodo in defectū exheredetur.¶†Quarta regula est ꝙ filius emancipatus pōt institui sub quacūqȝ cōditione casuali vel mixta ꝗuis in defectū nō exheredetur.& valet tale testamentum.l.iij.§.si sub ea.ff.de bo.pos.ꝯtratab.¶†Quinta regula est ꝙ mater vel auus maternus:ex quo nō habet filiū vel nepoteȝ in ptāte,possunt eos īstituere sub cōditiōe casuali vel mixta:ꝗuis in defectū nō exheredarēt.Et istud ptȝ in.l.j.ij.&.iij.§.eo.de quo dicetur in seq.not.¶ Pro clara intelligentia necessariū est scire que sit ratio predictarū regularū:& ꝑsertim prime.gl.pua hic in ver. nō videtur assignare rationē quā secuti sunt cōiter doct.quia si fili⁹ instituitur sub cōditione casuali vel mixta:pone quod conditio deficiat:certe deficiente cōditione filius reperitur preteritus.sed preteritio filij in ptāte reddit testm̄ nullum.saluo nisi in defectuȝ conditionis sit exheredat⁹:qꝛ tunc omni casu reperitur aut institutus aut exheredatus:& sic satisfactum est forme legis.alias vero non.quia posset cōtingere casus in quo filius reperiatur preteritus.Et sic pōdera tu ꝓpter qd ad hoc vt testm̄ patris sit ipso iure nullum ,non est necesse qd filius omnino sit ꝑteritus:imo sufficit quod potētia possit contingere casus preteritionis ad hoc vt testm̄ statim sit nullum.nam sola potentia qd possit cōtingere casus preteritiōis annullat testamentuȝ.Et si dicis attēta ista ratiōe etiā fili⁹ in potestate non posset institui sub cōditione ptātiua facili consistente in facto:qꝛ cū illa non possit impleri vltimo vite spiritu,certe posset dari casus in quo filius in ptāte reperiat se preteritum.Rūdēt antiqui & Bar.& oēs,ꝙ imputandū est filio q nō prius impleuit talē cōditionē quā facile implere poterat.sed facto & culpa sua distulit vsqȝ ad extremum vite spiritū.Pro ista solu.facit tex.not.in.l.fin. C.de neces.ser.hered.insti.Cōfirmatur euidētius:qꝛ institutio facta sub cōditione ptātiua que pendet ab arbitrio heredis pro pura habetur.ita dicit tex.in.l.j.§.q sub conditione.ff.si qs omis.cau.testamēti.vñ filius cū possit cōditioni parere & nō paret,videtur hereditatē nolle.In queȝ casum exheredare filiū.s.si hereditatē nollet,superuacuū & ineptū esset.l.iam dubitari.in princi.ff.de here.insti.Ex ista solutione habes elicere,& est valde necessarium,ꝙ qū filius in ptāte instituitur sub conditione ptātiua cōsistente in facto,& factum de facili pōt impleri,certe si filius fuit negligens in non adimplendo:& moriatur ea non impleta ꝗuis reperiatur ꝑteritus & exclusus:tū 9 valet testm̄:qꝛ talis ꝑteritio contingit culpa & negligētia sua.†Ex hoc ergo sequitur notabile qd si filius nō impleuit talē cōditionem impeditus aliquo casu & nō culpa,ꝙ esset heres:puta si filio superuenit febris ꝓpter quā fuit impeditus adimplere factū:puta eū dix:& ita mortu⁹ sit.& istud ꝓbat tex.valde notabilis.l.que sub conditione.§.quoties.ff.de cōdi.insti.vbi traditur ista limitatio ꝙ quando filius in ptāte est institut⁹ sub cōditione potestatiua cōsistēte in facto:puta si seruum suū manumiserit:& non stet p negligentiam suā:sed p casum mortis serui vt non impleat:tū habetur pro impleta:& succedit.& ita tenēt Cyn.& Alb.hic in.iij.q.& Bald.in.iij.vbi limitat nisi pater mādasset cōditionē vere impleri,& nō p fictionē iuris:qꝛ tūc non⁹ habetur pro impleta.ar.l.iulianus.&.l.in his.ff.de condi.& de.Idē tenet Sali.hic.circa fi.in pe.q.Alij nihil tangūt. Sed aduerte & pōdera Bar.q videtur velle contrariū,si inspexeris, in.d.l.suus quoqȝ.in prin.ff.de her .insti.in vlti.col.versicu.quero quid si erat institutus sub conditione potestatiua .vbi Bart.vult qd si filius in ptāte sit institutus sub cōditiōe potestatiua cōsistente in facto:si eam non implet in vita quocūqȝ cōtingat,erit exclusus.qꝛ satis est qd verisimiliter fuit cōditio potestatiua.alleg.d.l.suus quoqȝ.ver.sed & si filio.Alij nihil tangūt de veritate illius dicti Bar.saluo ꝙ Pau.de ca.in vl.col.in prin.nullā faciens de ꝑdictis mentionē tenet cōtra Bar.& bene per.d.l.que sub cōditione.§.quoties.distinguēdo tū vt ibi per eum.Et ex istis fac conclusionem necessariā in materia & declaranteȝ.l.nostrā & similes:ꝙ si filius in potestate instituatur sub cōditione potestatiua cōsistente in facto:si tale sit factū qd de facili poterat implere & nō impleuit culpa & negligētia sua,ꝗuis reperiatur preterit⁹ sibi imputet,& remanet exclusus.Si aūt nō impleuit:qꝛ impeditus aliquo casu:habetur pro impleta.& obtinet successionē.¶ Istā cōmunē rationeȝ sic declaratam reprehēdit subtilitatū princeps do.Christo.de castel.et Raph.Ful.hic.& Raph.cu.in.d.l.suus quoqȝ.in prin.& in.l.fili⁹ a patre.in prin.vbi etiā aliq ex moder.nostris.ff.de libe.& posthu. qꝛ attenta ratione cōmuni si pater instituat filiū in potestate sub conditione casuali vel mixta,& in eius defectū exheredet:certe tūc nullo casu filius pōt reperire se preteritum:ergo tunc testamētuȝ valeret:& tamē est falsum.qꝛ etiā requiritur aliud.s.ꝙ habeat coheredē vel substitutū:vt declaraui in euidētialibus.Sed istud argumentum poterat cū reuerētia taceri:qꝛ quis dubitat ꝙ non sufficiat exheredare filiū in defectū conditionis,nisi adsit coheres vel substitutus:cuius aditione confirmetur exheredatio.qꝛ paria sunt vel nō exheredare,& sic preterire:vel facere exheredationē que nō possit habere effectum.nam talis exheredatio est etiaȝ preteritio. l.non putauit.§.non quenis.ff.de bo.pos.ꝯtratabu.ideo debet esse coheres vel substitut⁹ vt declaraui.s.in euidētialib⁹.¶ Scdo mouentur:qꝛ attēta ratiōe cōi sequeretur qd fili⁹ in potestate posset institui sub duabus conditionibus casualib⁹ cōtrarijs:hoc mō.Ego instituo filium si nauis ex asia venerit:& si non venerit adhuc eum instituo:qꝛ tūc nullo casu filius reperitur ꝑteritum.& tū est falsum ſm eos.ergo ratio cōis est falsa.Sed responde dupliciter.Primo fatendo verū esse ꝙ fili⁹ in ptāte pōt institui sub illis duabus conditionibus cōtrarijs.ita firmat Pau.de ca.hic.Tū qꝛ non puto tutū,respōdeo aliter:dum dicūt ꝙ qū filius est institut⁹ sub duabus conditionib⁹ cōtrarijs,ꝙ tūc non pōt dari casus in quo filius sit preteritus,dico ꝙ errant:imo interim dicitur preterit⁹,anteꝗ purificetur aliqua ex istis conditionibus:& ideo si in eius vita neutra purificetur erit preteritus.tex.est in.l.huiusmodi.ff.qū dies leg. ced.¶ Mouētur tertio.& istud fortius est qd adducāt.Pone ꝙ filius sit institutus sub cōditione casuali:in defectum conditionis sit exheredatus dato coherede:certe tunc testamentum valet. vt hoc tex.& tamen attenta ratione glo.& cōmuni testamentum non deberet valere.qꝛ pōt contingere casus in quo filius reperiatur preteritus.Pone eñ ꝙ moriatur anteꝗ conditio aduenerit vel deficiat:et sic ea pēdente:certe filius dicitur preteritus.quia nec habuit locum institutio nec exheredatio.Et si dicis quod quandocunqȝ eueniat conditio ꝙ trahitur retro:dicunt ipsi ꝙ verum est.

in contractibus. nam in contractibus conditio quandocūq; eue-
niens trahit retro vsq; ad tpˢ celebrati cōtractus.l.si filiusfa. vbi
doc.ff.de verbo.ob.secus est in vltimis volūtatib⁹:in quibus fm
eos cōditio nō trahit retro.tex.est in.l.j.§.j.ff.ad sille.l.que legata.
ff.de reg.iur.Sed grauiter errant:q2 bñ verum est ꝙ in legatis ⁊
fideicōmissis cōditio nō trahit retro.sic loquunt iura p eos alle.
sed in institutionib⁹ cōditio apposita institutioni qñcūq; eueniat
bene trahit retro.l.heres quoq;.ff. de acquir.here.⁊ ita in specie
declarat Bal.hic.in.viij.q.⁊ tenet Pau.de ca.in.ij.col.⁊ ante eos
idē firmat Bar.in.d.l.suus qq;.in prin.⁊ in.d.l.j.§.j.ff.ad sena.syl-
la.Et ratio diuersitatis est in promptu:q2 in institutionib⁹ nisi cō-
ditio traheret retro testator reperiret pro parte tēporis testatus ⁊
pro parte intestat⁹.⁊ ideo ne hoc absurdū resultet trahitur retro.
que ratio cessat in legatis ⁊ fideicō.particularibus.⁊ ita declarat
Bar.in repetitione.l.si is qui p emptore.in.v.q.princ.in.xvj.colū.
⁊ seq.ff.de vsuca.tradit in.d.l.si filiusfa.⁊ ideo in casu.l.nostre con-
ditio institutionis qñcunq; veniat trahit retro.alias filius aliquo
tpe reperit ̄pterit⁹.¶ Ego vltra eos cōtra cōmunē rationē facio
fundamentū cui nunꝗ vidi responsu;:qd omiserūt ̄pfati Moder.
reassumēdo fundamentū ꝑrime adductū.ꝙ si filius sit institutus
sub cōditione casuali.⁊ in defectū exheredat⁹ dato coherede,testa
mentum valet:vt hoc text.⁊ tñ ego dico qd est dare casum in quo
reperit preterit⁹.s.si moriat pēdente adhuc cōditione.nam ea pen
dente nō hz locū institutio nec exheredatio,ergo interim est prete
ritus.Et si dicis qd qñcunq; eueniat conditio ꝙ trahet retro: vt
s.declaraui:dico qd hoc est verū si cōditio purificaret in vita filij,
tunc bene traheretur retro:sic ꝓcedūt predicta.sed post mortē filij
q2 deficit extremū ad qd,ꝯditio nō pōt trahi retro.l.huic scriptu-
re.ff.ad.l.aquil.⁊ in terminis nostris in indiuiduo declarat bar.in
d.l.si is qui pro emptore.circa.iiij.vel.v.colum.versic.expediti de
10 postliminio.⁊ in.d.v.q.prin.in.xvj.colū.⁊ in tribus seq.†Hinc est
qd institutus sub cōditione si moriat ea pēdente nihil transmittit:
q2 conditio tūc si eueniat non pōt trahi retro.q2 deficit extremum
ad qd p mortē.l.vnica.§.sinaūt aliqd sub cōditione.C.de cad.tol.
Per istā rationē quā etiā ponit Pau.de ca.hic cōfirmat ⁊ verifi-
cat intellect⁹.quē tradūt.d.Christo.de castel.Fulg.⁊ Pau.de ca.
ad illam.l.filius a patre.vbi dicit tex.qd filius a patre erat institu
tus sub cōditione casuali ⁊ in defectum exheredatus:⁊ pendente
conditione mortuus est:dicit text.ꝙ testm̄ non valet.credo qd nō
sit ex alio nisi q2 cum interim mortuus sit reperit preterit⁹:cū cō-
ditio non possit amplius trahi retro.Et lz glos.⁊ cōiter docto.ibi
⁊ late do.Alex.hic teneāt qd ideo ibi testm̄ sit nullū,eo q2 fili⁹ ibi
non habeat coheredē,vel substitutū cuius aditione posset confir-
mari exheredatio:⁊ ꝓbant ibi in illa aduersatiua herede autem.
Nunꝗ putaui verum.Primo q2 tex.ille esset de indubitabili, si
non habuisset coheredez vel substitutū.Et patet arguendo a for-
tiori:p tex.in.l.si ita scriptū.§.fi.ff.de lib.⁊ posth.vbi dicit text. ꝙ
illa exheredatio est nulla ⁊ nullius momenti que nō nisi post mor
tem filij heredis aditione cōfirmari pōt:quanto fortius qñ nullo
casu etiā post mortē filij cōfirmari pōt:q2 nemo coheres vel substi
tutus datus est.Scdo quia principio si testm̄ fuisset nulluz,nec ibi
diceretur pēdere:cū exheredatio nō cōfirmabilis censeat preteri-
tio.l.nō putauit.§.nō quis.ff.d bo.pos.ꝯtra tab.Nec dicat ꝙ sit sub
audire , intelligere qd ibi habebat coheredē:q2 rñdet ꝙ etiam in
hoc tex.nō apparet in litera qd esset coheres:⁊ tñ p oēs subaudit
ꝙ hic esset coheres.Nec ob.aduersatiua aut,que vt aduersetur ̄p-
cedentibus in iure ⁊ in facto dz intelligi quod.s.in precedenti ca-
su non habeat coheredē:q2 rñdet ꝙ multum aduersat in facto,da-
to ꝙ vtrobiq; esset coheres:q2 in ṽsi.herede aūt.loquit tex.qñ co-
heres fuit datus filio post mortē filij.;z in p̄n.qñ coheres fuit dat⁹
in vita filij.⁊ sic ptz de euitēdi diuersitate facti.⁊ ꝙ in illo tex.esset
coheres sicut hic,importat verbū exheredat⁹.qd intelligit de exhe
redatiōe valida.l.iiij.§.cōdēnatū.ff.de re iudi.ergo qñ est coheres
l.filiū.§.sed cū exheredatio.ff.de bo.pos.ꝯtra tab.l.papinianus.§.si
11 cōditioi.ff.de inoffi.test.alias exheredatio esset nulla.†Et si ita te-
neam⁹ oportet multū limitare regulā tex.nr̄i :⁊ eā restringere in-
quātū dr̄ qd fili⁹ in ptāte pōt institui sub cōditione casuali:vl' mix
ta,dūmō in defectū exheredet:⁊ vz testm̄:dz intelligi verū dūmō
cōditio impleat vel deficiat viuo filio.al's testm̄ efficit nullū:ex quo
in effectu postea censet ̄pterit⁹.Nec istud vr̄ absurdū.Nam ⁊ alias
valet testm̄ in quo extraneus est institutus sub quacunq; conditio
ne,⁊ testator dicit iure testat⁹:⁊ tñ si morit pendēte cōdi.heredita
tem nō transmittit.l.vnica.§.sinaūt aliqd sub cōditione .C.de ca.
tollē.Imo adeo valet testm̄ in quo est institut⁹ extraneus sub qua-
cūq; cōdi.vt rūpat testm̄ ̄pcedēs,dato ꝙ ꝯditio deficiat.l.cū i scdo.
ff.de iniu.rup.§.posteriore.insti.q.mo.te. infir.Interi; ergo donec
moriat iste extraneus.⁊ donec pendet condi.valet testm̄. Simili-
ter si instituitur filius sub condi.ptātiua,que nō pōt vltimo vite
spiritu impleri,interim valet testm̄.⁊ tñ si moriat non impleta ta-
li cōdi.patrē intestatū reddit.d.l.suus quoq;.in prin.Ita in propo
sito non est absurdum ꝙ si instituitur filius sub condi. casuali vel
mixta,⁊ in defectū exheredet,ꝙ valeat testm̄:tñ si cōditio nō iplea
tur vel deficiat viuo filio,quod postea testm̄ irritet.Tñ ista similia
non vident multū facere:q2 loquunt in extraneo,q nō debet de ne
cessitate institui vel exheredari prout filius.Et qñ filius instituit
sub cōdi.ptātiua si reperit ̄pteritus,procedit culpa sua:vt superi⁹
dictū est.¶ Volēdo sustinere rationē glo.⁊ cōmunē pōt attenta-
ri,ꝙ si cōdi.institutionis vel exhereda.eueniat etiā mortuo filio,
ꝙ adhuc trahit retro,ꝙuis sit mortuus filius:nec p hoc dicit de-
ficere extremū ad qd,ex quo superest heres filij qui eū representat
vt in aut.de iureiu.a mo.presti.in prin.iuncta.l.vnica.C.vt ac.ab he
re.⁊ ꝯtra here.Pro hoc alleg.tex.in.l.ꝓponebat.in ver.quibus ita
̄pmissis.⁊ ver.seq.⁊ in.l.hereditate.§.pater.ff.de ca.pecu.Nam in
l.proponebatur.dicit ꝙ si mortuus sit filiusfa.miles,de peculio ca
strēsi testat⁹ ⁊ de libertate:scripto herede deliberāte:pr̄ militis de-
cesserit:deinde scriptus heres repudiet:decidit ibi qd retro trahit
tale peculiū castrense ad patrem:⁊ sic ad patris heredē pertinere.
nō quasi nunc aduenerit:sz quasi retro patris bonis accesserit.Et
subdit nec est nouū vt ex postfacto aliqs successorē habuisse videat.
⁊ adducit similiter de filio capto ab hostibus.Et sic ibi est text. ꝙ
fictio translatiua de tpe ad tēpus trahit retro,ꝙuis deficeret ex-
tremum ad qd,per mortē patris:cum superesset eius heres.Et p
hoc apparet nō obstare tex.in.l.huic scripture.in prin.ff.ad.l.agl.
in quo se principaliter fundat Bar.in.d.l.si is qui pro emptore.q2
loquitur in seruo:qui cū non possit habere heredem:bene verū est
ꝙ eo mortuo in totū cessat extremū ad qd.sicut etiā in.l.quoties.ff.
de noua.Ideo bene cessat fictio translatiua.sed aduerte q2 Bart.
in.d.l.proponebat.format istam oppositionē:ꝙ mortua p̄sona pa
tris nō dz posse fingi retro quesitū.⁊ respondet qd ibi nō fingit pa
tri quesitū:sed singulariter in bonis eius semp fuisse. ideo sufficit
extare bona patris.lz persona sit extincta.Ista so.lz colorata,non
videt posse stare:propter tex.qui dicit nec est nouū.vt ex postfacto
a aliquis successorē[a] habuisse videatur pondera illud successorē. ex
quo enim dicit successorē,habet respectus ad personaz.⁊ sic fingit
acquisitū p̄sone patris:⁊ eius heredi.alias nō esset bonū simile qd
postea subijcitur ibi in tex.Nisi dicas qd loquit de successione pe-
culij mediantibus bonis patris.¶ Secundo ⁊ fortius ob.contra
19 ⁊ ista excludit matrē. ¶ † Jstā cōclusionē ꝙ pupillaris contenta sub bꝛeuiloqua matreʒ excludit, limita singulariter vt sit verum quādo bꝛeuiloqua est facta simplr sic, vos inuicē substituo. secus si esset facta verbis negatiuis cōuenientibus vulgari. vt qꝛ testatoꝛ institutis duobus filijs dixit si alter vestrum heres non erit vos inuicē substituo. tunc pupillaris contēta sub ista bꝛeuiloqua censetur omnino tacita. ⁊ matrem nō excluderet. ita singulariter tenet Bart. in. l. lucius. ff. eo. in fi. col. versi. pone ꝙ instituo duos impuberes. qd est notāduʒ ſm Jmo. ibi in. d. c. raynutius. in materia bꝛeuiloque. ⁊ Alex. in. d. l. in testamēto. in. ix. colū. §. de testa. mili. ⁊ hic in. xiiij. col. ¶ Secūdo singulariter limita id qd volunt Barto. ⁊ oēs, ꝙ pupillaris que cōtinetur sub expꝛessa vulgari sit omnino tacita, eodem modo tacita vulgaris sub expꝛessa pupillari contenta: nam hoc limitat multum egregie Bal. hic in. xvij. col. versi. vnum etiā aduerte: vt pcedat qñ substitutio pupillaris esset concepta hoc modo. s. si pupillus heres erit ⁊ in pupillari etate decesserit titium substituo. tunc propter id si heres erit, qd directo repugnat vulgari, que fit si heres non erit, tunc vulgaris que continetur sub illa pupillari dicitur omnino tacita. secus si non essent adiecta illa verba si heres erit: sed solum fuisset dictum si filius moꝛietur in pupillari etate talem sustituo. tunc ista censetur cōpendiosa limitata ad certum tempus: scʒ vsqʒ ad pubertatem: ⁊ tunc contineret pupillarē ⁊ vulgareʒ: ⁊ ambe essent expꝛsse: qꝛ illa verba si filius moꝛiatur in pupillari etate, ita conueniunt vulgari sicut pupillari: quia pupillus posset moꝛi in pupillari etate ante aditam hereditatē ⁊ post aditā. et istam decisio. sequitur ⁊ cōmendat Pau. hic. in. v. col. dicens: ꝙ ita consuluit Floꝛentie cuʒ plerisqʒ doctoꝛibus Perusinis. Tu cōsydera qd dictū Bal. est verū ⁊ singulare: sed ratio non bona: sed alia ratio quā pꝛedixi. nam sub illis verbis si filius moꝛiat in pupillari etate talem substituo, continetur pupillaris ⁊ vulgaris: ⁊ ambe sunt expꝛesse verbis generalibus: que verba possunt vtriqʒ adaptari. ⁊ illud dictum sequitur Cardi. in. d. c. raynutius. ⁊ ibi Jmol. in materia compendiose. sed ratio Bal. est mala, dum dicit ꝙ ista dicit compendiosa substitutio limitata ad etatē certā, scʒ pupillareʒ. ista rō falsa est euidenter. naʒ cōpendiosa dicit q̄ sub compendio verboꝛum multa tempoꝛa complectitur: vt hic per Bar. in. iij. col. ⁊ dixi. §. in magna gl. sed quādo est dictū si filius moꝛiatur in pupillari etate talem substituo: ista non potest dici cōpendiosa: cū cōplectatur tantū vnum tp̄s pupillaris etatis. ⁊ ita per multa Alexā. hic. ⁊ in consil. xlvij. in. ij. volu. incipiē. abunde. in fi. colū. repꝛobat Bal. ⁊ caue: qꝛ lʒ Alex. videat repꝛobare decisio. Bart. tū repꝛobat solum eius rationem. Jstum passum de isto dicto Bal. an sit verum late examinaui in. d. l. centurio. ad ibi dicta me remitto.

20 ¶ † Jtem pondera dum ista gl. dicit secus ergo in extraneo vulgariter substituto. nam eam multū cōmendat Bart. hic. in. ij. col. pꝛo limitatione omniū legum dicentiū ꝙ tacita pupillaris contenta sub expꝛssa vulgari nō excludit matrē: vt. §. late tetigi. nam illa iura debent intelligi quādo filio esset substitutus vulgariter extraneus. secus si esset substitutus alius filius testatoꝛis: qꝛ iste alius filius ex tacita pupillari matrē excludit. qꝛ p̄sumitur ꝙ pater plus diligit filios suos, q̄ vxoꝛē matrē filioꝛū. ⁊ idē tenet gl. in l. lucius. in v̄bo non ad matrē. ff. eo. ⁊ pꝛo ista conclusione facit qd tenui in gl. in verbo omnimodo. in fi. vbi tenui ꝙ ex tacita pupillari mater excluditur, quādo vulgariter fuisset substituta ecclesia vel pia cā. ⁊ pōdera ꝙ lʒ Bar. hic nō aperiat de qua tacita pupillari loquatur: an de tacita pupillari contenta sub bꝛeuiloqua vel compendiosa: tamē puto qd intētio Bar. sit loqui de cōtēta sub expꝛessa vulgari. als qd not. Bar. nō esset singulare, sed indubitabile. qꝛ si loqueretur de tacita pupillari contenta sub cōpendiosa vel bꝛeuiloqua, non requireret ꝙ esset frater pupilli: qꝛ etiā quilibet penitus extraneus substitutus matrem excludit. debes ergo intelligere Bar. in tacita pupillari cōtenta sub expꝛessa vulgari. ⁊ in hoc erit tūc singularis limitatio, qd alius frater filij instituti ex tacita pupillari matrem excludit. ⁊ istud aperte per hanc glos. tenet Bar. in. l. ij. in fi. pꝛin. ff. eo. ⁊ Cyn. in. l. fin. §. ti. j. Angel. in. l. in testō. mag. §. de testa. mili. ⁊ hoc Paul. in fin. d. l. lucius. ¶ Contrarium tenet Bal. hic. in. iiij. col. qd imo etiā frater pupilli ex tacita pupillari que cōtinetur sub expꝛessa vulgari nō excludat matrem: ⁊ in hoc credo bene. ratio, qꝛ in pupillari tractatur de successione filij que magis est debita matri quā fratri pupilli. patet, qꝛ si mater pꝛetereat a filio habet querelā. l. cū filiū. §. de inoffi. testa. secus in fratre, si ab alio fratre pꝛetereat. l. fratres. §. de inoff. testa. ideo licet in fideicōmis. substitutione in qua tractatur de successione patris pꝛesumat qd voluerit p̄ferre filios vxoꝛi. l. cum auus. ff. de cōdi. ⁊ demon. cum si. secus in pupillari. ⁊ idem tenet Jmol. in. ij. ad fi. pꝛin. ff. eo. ⁊ in. d. c. raynutius. in materia pupillaris substitutionis. ⁊ hoc puto melius cōtra Bart. Subdit postea Bal. qd glo. hic. ⁊ in. d. l. lucius. non loquuntur de tacita pupillari contenta sub expꝛessa vulgari, sed sub bꝛeuiloqua. sed errat, vt puto: qꝛ tunc non requireretur ꝙ esset substitutus frater pupilli. imo quilibet substitutus tunc excludit matrem: qꝛ non est omnino tacita. tamen Alexan. sequendo intellectū Bal. ad istam glo. confirmat: qꝛ ſm intellectū Bar. traditum ad glos. hic. in. d. l. lucius. sequeretur ꝙ in bꝛeuiloqua substitutione ita demum ex pupillari mater excluderet, quādo esset substitutus alius frater pupilli. et tamen est falsum: qꝛ substitutus penitus extraneus matrē excludit. ⁊ isto fundamento cōtra Bar. vtitur Ange. hic. in lectu. Flo. ⁊ sic volunt Angel. ⁊ Alexan. quod etiam extraneus in bꝛeuiloqua substitutione ex tacita pupillari in ea contenta matreʒ excluderet: sed aut non intelligo, aut errant in terminis. nam ad hoc vt sit bꝛeuiloqua opoꝛtet qd fiat saltem duabus personis: vnde ponamus ꝙ sit pupillus filius, ⁊ vnus extraneus institutus. ⁊ dicat testatoꝛ vos inuicem substituo: ista est bꝛeuiloqua. ⁊ dicūt Ange. ⁊ Alex. ꝙ non solum si alius frater esset substitutus pupillo bꝛeuiloque, sed si etiā sit vnus extraneus, qd ex tacita pupillari contenta sub ista bꝛeuiloqua matrem excludet: qꝛ ista pupillaris non est omnino tacita. sed errant: qꝛ quando est extraneus non potest contineri tacita pupillaris sub bꝛeuiloqua: quia ad hoc contineatur pupillaris, opoꝛteret qd ambo essent pupilli: ⁊ filij in potestate testatoꝛis. ita ꝙ vtriqʒ conueniret pupillaris. sed si pꝛesupponis ꝙ vnus sit pupillus, alius extraneus, pupillaris non potest vtriqʒ conuenire: ergo cum sit imparitas personarū nō potest pupillaris sub bꝛeuiloqua contineri. l. ij. §. eod. l. iam hoc iure. ff. eod. vnde dico ꝙ ad hoc vt pupillaris possit ꝯtineri sub bꝛeuiloqua, ⁊ excludere matrē, necesse est qd ambo sint pupilli, et in potestate testatoꝛis. vnde qñ loquimur de extraneo, tunc sub bꝛeuiloqua nunq̄ continetur tacita pupillaris. vnde nescio quo vultu dicant Ange. ⁊ Alex. hic: ꝙ sub bꝛeuiloqua continet pupillaris: nedum

si frater sit substitutus, sed etiã si extraneus. ⁊ dicit Alex. ꝙ ita intelligunt omnes. d. l. lucius. ¶ Item caue qđ Bartol. ponderat istam gl. in aliis verbis ꝙ perpẽdant Bal. ⁊ Alex. hic. nã Barto. ponderat verba gl. ibi, secus ergo in extraneo vulgariter substituto. vbi gloss. loquitur de vulga. expressa. non aũt ponderat verba precedentia gloss. in quibus loquitur de pupillari contenta sub breuiloqua vel compendiosa.

Jason Papie.

1 ¶ Que requirantur ad hoc vt possit fieri exẽplaris substitutio.

2 Lex nostra non habet locum in filio frenetico.

3 Que differentia sit inter furiosum ⁊ mentecaptum.

4 Filio mentecapto de ordine fratrũ minorũ non põt exemplariter substitui: qꝛ sibi non debetur legitima.

5 An si pater relinquat filio mentecapto minus legitima, per hoc vitietur exemplaria substitutio.

6 Quemadmodum in pupillari substitutione, que quo ad quid cẽsetur testamentum patris ⁊ nõ filii, non habet locum querela: ita nec in exemplaria.

7 Que differentie sint inter exemplariã substitutionẽ ⁊ pupillarẽ.

a HUmanitatis. *Diuiditur in tres. In prima declarat que persone possint facere exemplariã substitutionẽ. ⁊ quibus fieri potest. In secunda quando finiatur exemplaria substitutio. In tertia que persone debeãt exemplariter substitui. Scđa ibi: ita tamen. Tertia ibi: sed si filii. Parentibus vtriusqꝫ sexus permittitur filiis nepotib⁹ vel pronepotibus mentecaptis, in legitima tamẽ institutis, exemplariter substituere: que substitutio finitur si ille mẽtecaptus ad sanã mentẽ peruenit. ⁊ si mentecaptus habet filios debet testator eos aut vnũ ex eis substituere: vel non existentib⁹ filiis fratres mentecapti. h. d. ista. l. que tractat materiam exemplarie. de qua est tex. in. l. ex facto. ff. eo. ⁊ in. §. qua ratiõe. instit. eo. ⁊ quare dicatur exẽplaria, cũ potius deberet dici exemplata: cũ exemplar dicatur originale vnde aliud exemplatũ fit: iuxta glos. in. l. ii. ff. de fide instru. declarat Bald. hic. in prima oppo. quẽ vide. ⁊ Barto. ⁊ alii in. d. l. ex facto. ¶ †Et põdera qđ in hoc tex. quatuor requiruntur ad hoc vt possit fieri exẽplaris substitutio. Primo qđ qui eã facit sit ascendens, vt pater vel mater: vt hic. secus ecõtra. qꝛ si filius vel nepos haberet patrem vel matrem aut auum mẽtecaptos: licet cura ascendentiũ ad descendentes pertineat. ⁊ sic filius esset curator patris mentecapti. l. i. ff. de cura. furio. tamen iste filius nõ posset substituere exemplariter patri vel matri, licet esset emancipatus. ⁊ sic posset facere testamentum. ita Bar. in. d. l. ex facto. Bald. Ange. Pau. ⁊ Alexan. hic. et Imol. in. c. raynutius. de testa. in materia exemplarie. ratio est qꝛ deberet substituere seipsum patri. q̃ ratio nõ videtur fortis ex. i. dicẽdis. Hinc late disputat Jo. fab. in. §. qua ratione. in. vi. colũ. instit. eo. an pater qui est in potestate aui si habeat filium mẽtecaptum, possit ei exemplariter substituere. ⁊ post multa determinat ꝙ non potest sibi facere testamentũ: ergo minus alii. ¶ Scđo requiritur in tex. ꝙ talis mentecaptus ᵇperpetuo morbo laboret: vt dicit text. in verbo perpetuo sit. ratio est, qꝛ si nõ laboret perpetuo morbo: haberet dilucida interualla: in istis interuallis ipse sibi posset facere testũ. l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. ergo pater non posset sibi in subsidia substituere exẽplariter. †Hinc infertur ꝙ ista lex non haberet locũ in filio frenetico: qꝛ si pater vel mater habeat filium vel nepotẽ freneticum, nõ possent ei exemplariter substituere: fm Bal. hic in fi. qꝛ nõ laborat perpetuo morbo: vt requirit text. noster. ⁊ lꝫ alii non attingãt, ego tamẽ aliqualiter dubito: qꝛ cum freneticus nõ possit testari fm Bald. in. l. ii. in. x. q. C. de rei vendi. ⁊ dixi in. l. furiosum. C. qui testa. fa. pos. certe eadẽ ratio humanitatis militat in filio frenetico sicut in mentecapto. nisi intelligas Bald. in illa. l. ii. vt freneticus nõ possit testari in illo tpe quando est in frenesi. In principali tamẽ articulo. s. in furioso. Angel. in. l. ex facto. ff. eo. tenet mirabiliter ꝙ nõ: qꝛ lex nostra ponit casum qui exorbitat a iure cõi. regulariter enim maiori nõ potest substitui. l. ii. in princi. ff. eo. vnde tenet ꝙ furioso non potest pater vel mater exemplariter substituere, nisi impetraret a principe. Pro quo multũ stringit. l. furiosi. C. de nup. vbi iura exorbitantia que loquuntur in mẽtecaptis nõ habẽt locũ in furiosis. Tene contra qđ ista lex multo magis habet locum in furioso: per text. in. l. fi. post prin. vbi glo. in verbo constitutio. C. de cura. furio. ⁊ per tex. in. l. i. §. fi. iuncta. l. seq. ff. de cura. furio. ⁊ qꝛ ratio huius legis fundatur in humanitate: vt ex hoc tex. in prin. que ratio fortius militat in furioso ꝙ in mentecapto. ita Bal. hic in. ii. col. ⁊ sequuntur Moder. hic. Bald. ⁊ Cu. in d. l. ex facto. in prin. †Que aũt sit differentia inter furiosum ᶜ⁊ mẽtecaptum, dixi in. d. l. furiosum. nam fm Angel. hic ille dr mentecaptus qui habet furorẽ interius, non tamẽ facit exteriora proiiciendi lapides ⁊ similia, vt facit furiosus: vt dixi in. d. l. furiosum. Adde qđ eodem modo pcedit ista. l. in muto ⁊ prodigo: vt lꝫ iure fiet pater nõ posset ei substituere, nisi a principe impetrasset: tñ p hanc legẽ indistincte põt: propter rationẽ humanitatis: que hoc casu locum habet. ita Bal. hic. in. iii. col. in. xiiii. pe. ⁊ fi. sequuntur Pau. ⁊ Alex. hic. ⁊ Bal. in. d. l. ex facto. Joã. an. ⁊ alii in. d. c. raynutius. lꝫ Cy. hic. in. iiii. q. ⁊ Abb. teneãt cõtrariũ ⁊ male. ¶ Tertio requiritur ꝙ tali filio mẽtecapto relinquatur legitima a patre. ex quo habes ꝙ exheredato nõ potest exemplariter substitui. ex quo habes differentiã inter exẽplariã ⁊ pupillarẽ: qꝛ pupillaris potest fieri exheredato. l. i. §. pe. ⁊. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. eo. §. nõ solũ. instit. de pupil. subst. ⁊ duas rões diuersitatis psuasiuas ponit Bar. hic. Aliã subtiliorẽ assignat Ray. hic: qꝛ pupill⁹ ᵈqũ est doli capax potest cõmittere cãm ingratitudinis, per quaꝫ põt exheredari: non sic in mentecapto. Sed fallit in vtroqꝫ. primo in pupillo restringeret dicta iura ad pupillũ doli capacẽ. Itẽ etiam mentecaptus ⁊ furiosus possunt exheredari. l. fi. §. sed cũ antiquitas. C. de cura. fur. l. de creationib⁹. C. de epis. audi. Item per hunc text. loquentẽ de legitima videtur cõfundi decisio Bar. in. d. l. ex facto. in. iiii. col. ff. eod. vbi tenet ꝙ pater potest exemplariter substituere filio mentecapto, etiã naturali tñ: eo qꝛ nõ curatur in ista exẽplaria patria potestas: sed solũ humanitas. ⁊ idẽ tenet Bald. hic. in. xiii. col. ⁊ Sali. etiã. Sed ob. iste tex. cũ filio naturali tantũ non debeatur legitima. l. vxorẽ. §. pater naturalis. ff. de lega. iii. l. iii. C. de natu. lib. ⁊ ita cõtra Bar. tenẽt Ang. ⁊ Cuma. in. d. l. ex facto. Cõfirmo per id qđ dicit Bart. in. l. ii. in fi. C. de here. insti. †vbi tenet ꝙ si pater habeat filiũ mentecaptũ q̃ sit in ordine fratrũ minorũᵉ ꝙ non posset ei exemplariter substituere: qꝛ sibi non debetur legitima. ⁊ idẽ dicit Bal. esse in aliis similibus. In alio autẽ filio mentecapto q̃ esset monachus pater põt exemplariter substituere: lꝫ sit in ptãte abbatis. ⁊ monasteriũ habeatur loco filii. ita egregie Bal. hic. in. xiiii. col. in. vii. q. ¶ †Quid aũt si tali filio mentecapto pater reliquisset minus legitima. an p hoc vitietur exemplaria substitutio. gl. hic. in ver. legitima. dũ dicit ad minus. sentit qđ sic. idẽ tenent Ange. Imo. ⁊ Cuma. in. d. l. ex facto. ⁊ Imo. in. d. c. raynutius. in materia exẽplarie. ⁊ plenius Joã. fab. in. §. qua ratione. insti. eo. lꝫ cõtrariũ teneat Bar. in. d. l. ex facto. vsi. septimo requiritur. Ang. Sali. Pau. hic: qꝛ põt agi ad supplementũ legitime per regulã. l. omnimodo. C. de inoffi. test. lꝫ Joã. fab. respõdeat qđ d. l. omnimodo. loquitur in eo qui testatur de iure cõi: secus si iure singulari. ⁊ pro ista opi. Bar. facit qꝛ in dubiis opinionib⁹ ᶠsequenda est illa que fauet testamento. l. si pars. ff. de inoffici. testa. ⁊ ideo Imo. in. d. c. raynutius. dicit ꝙ opi. Bart. est cõmunior ⁊ equior. ¶ Quarto requiritur in hoc tex. qđ si mẽtecaptus filios habeat, ꝙ pater vnum ex eis substituat. ⁊ super hoc dicit glo. sibi videri mirabile, qđ alii preteriri debeant. ideo intelligit glos. qđ aliis debet etiã legitima relinqui vel debent exheredari. ⁊ idẽ tenet Bart. in d. l. ex facto. in. xi. col. ad fi. versi. itẽ quero dixi ꝙ pater. ⁊ Bal. hic. in. iiii. col. Ange. Sali. ⁊ Alex. ⁊ Joan. fab. in. d. §. qua ratione. vbi Ange. in. i. col. attento qđ ista lex fundatur in humanitate: tamen litera hic expresse cantat cõtrariũ: qđ vnum sufficiat substituere. et dicit hic Bar. in fi. ꝙ cõmuniter tenetur cõtra istã gloss. ⁊ cõtra eaꝫ tenent Richar. Cyn. Ray. Bar. Ful. ⁊ Paul. hic. ⁊ Imol. in. d. l. ex facto. in prin. per hunc text. dixi: ⁊ per rationẽ. l. papinian⁹. §. lꝫ nec impuberis. ff. de inoffi. testa. vbi dicitur ꝙ illi preteriti filii cõqueri nõ possunt: qꝛ pater hoc ei fecit testamentũ. tamẽ respõdet ꝙ ibi loquitur in pupillari substitutiõe: que pcedit ex rigore iuris. secus in ista exemplari, que pcedit ex humanitate. ⁊ tenẽdo istam glo. Responde ad hunc tex. in verbo vnum. ꝙ verum est ꝙ pater debet saltem substituere vnum ex filiis mentecapti. verum est in vniuerso. aliis tamen debet aliqua res vel legitima relinqui aut exheredari. ¶ †Scđo principaliter pondera tex. ibi nulla querela ⁊c. ꝙ quẽadmodũ in pupillari substitutione, que quo ad quid censetur testamentũ patris non filii, nõ habet locum querela. d. l. papinian⁹. §. lꝫ nec ipuberis. ⁊. c. si pater. de testa. li. vi. ita nec in ista exemplaria. ⁊ per hoc videtur ꝙ si mater sit preterita ꝙ excludetur per exemplarẽ substitutioneꝫ. nec sibi cõpetit querela: sicut nec in substitutione pupillari: iuribus allegatis. ita tenet Barto. in. d. l. ex facto. ver. quero vtrum mater. Ange. Pau. Alex. hic. ⁊ Joan. fab. in. d. §. qua ratione. ⁊ Imo. in. d. c. raynutius. ⁊ Bald. met. in repe. d. c. si pater. in materia exemplarie. moti per equiparationeꝫ huius tex. quẽ fortius induco. nã tex. dicit nulla querela cõtra eorum testamentum oriatur. nam pondero a partibus enumeratis ꝙ iste tex. non potest loqui in filiis mentecapti: qꝛ ipsi preteriti rũperent testamentũ: vt dixi in precedẽti notabili. ergo necessario videtur ꝙ iste tex. intelligatur in matre ⁊ fratibus mẽtecapti. Contrariũ tenet Bal. met/ qui in hoc est solus hic in. x. colũ. in secunda differentia: motus fundamẽto quod ego stringo. nam licet mater p pupillarẽ substitutionẽ excludatur. d. §. lꝫ nec impuberis. qꝛ illa fundatur in rigore iuris. tamẽ nõ debet excludi per exemplarẽ fundatam in humanitate. qđ ostenditur: qꝛ si mentecaptus habeat fratrem pater necessario illũ fratrem substituere tenetur: alr̃ substitutio est nulla. vt hoc tex. quãtomagis si mẽtecaptus habeat matrem, tenebitur illam substituere: qꝛ in successione filii mater sine dubio

a ¶ Humanitatis. Add de materia istius legis vid Pet. de peru. i repe. c. raynuti⁹. de testa.

b ¶ Mẽtecapt⁹. Add. l. is cui lege. C. testa. spec. ti. de instru. edi. in. §. xii. ver. verum. bart. i repe. l. i. c. de sac. san. eccle.

c ¶ Furiosuꝫ Adde bar. i. l. si furiosi. C. de nupt. bal. in. l. sed ⁊ milites. in §. iam autẽ. ff. de excu. tu. Alexan. de imol. consil. liiii. incipi. quesitũ breuiter cõcludę. in. i. vol.

d ¶ Pupill⁹. Adde doc. i. c. pueris. C. delic. puer. Jo. de imol. i. c. qnt aualis. C. iureiu.

e ¶ Minor. Adde bar. ⁊ Jo. de lig. i trac. minoricarũ. Lãphrã. i repe. cle. exiui de paradiso. C. verbo. sig.

f ¶ Opinionib⁹. Adde l. sunt persone. ff. de rel. ⁊ sump. fu.

dubio preferturi fratri: & alijs collateralibus.l.ij.§.fi.ff.ad tertul. & ista ratio mihi satisfacit: licet in hoc text. nil sit dictum de matre. ¶ Tertio not. ex versic. ita tamẽ. q si mẽtecapt⁹ resipiscat extinguitur exẽplaris substitutio: q2 tunc põt sibi testari: vt. s. dixi. Adde q ita extinguit si mẽtecaptus filios susceperit: q2 natiuitate filiorum talis substitutio irritat. d.l.ex facto. in prin. & gloss. hic in verbo cesset. Sicut in simili substitutio pupillaris extinguitur si pupill⁹ (quie raro accidat) sibi filios pcrearet. fm Barto. in.l. in pupillari. in fi.ff.eo. cũ cõcor. allega. per Alexã. hic: & ibi. Si tñ tales filij nati mentecapto moriantur viuo patre testatore, talis substitutio exemplaria saltẽ de equitate recõualescet. fm Bald. hic in fi.col. & Alex. & Jmo. in.d.c. raynutius. in materia exẽplarie

7 licet Jmo. & male teneat Sali. hic. ¶ † Quarto ex tota lege collige quinq3 differentias inter exemplariam substõnem & pupillarem. Prima est: quia exemplaris fundat in humanitate, pupillaris in rigore: vt dixi. Scda est, q exẽplaria põt fieri etiã a matre: secus in pupillari quam mater facere nõ põt.l.si mater. in prin.ff.eod. & rationẽ diuersitatis persuasiuã, vide per Barto. hic. & in.d.l.ex facto. Ex hoc colligit tertia differentia: q exẽplaria põt fieri etiam filio nõ existẽti in ptãte, cũ a matre fiat: & sic põt fieri etiam emancipato: sec⁹ in pupillari: que nõ potest fieri nisi filio in ptãte.l.j.in princip.ff.eo. Quarta differentia est: q2 exẽplaria nõ põt fieri filio exheredato, pupillaris sic: vt dixi in.§.notabili. Quinta differentia est. quia in pupillari quilibet põt substitui, etiã exclusa matre: secus in exemplari vbi filij vel frater mentecapti debẽt substitui. Quasdã alias differẽtias ponunt Cy. & Bald. hic. & Ange. hic in lectu. § lo. Bar. & alij in.d.l.ex facto. quib⁹ adde notabilem differentiam: q2 si filio mẽtecapto sit facta exẽplaris substitutio: deinde talis mentecaptus procreet filios, etiam naturales tñ: postea suscepti faciũt cessare exemplariã. ita Bar. in.d.l.ex facto. in fi.col. vel in fi.pe. motus: cum text. ibi dicat q si mentecaptus filios susceperit, extinguitur substitutio exẽplaris. naz fm eũ ille tex. nõ potest intelligi nisi de filijs naturalib⁹ tñ: q2 mentecapti nõ possunt matrimoniũ 3herere: cum nõ habeãt cõsensũ, qui in matrimonio requirit.l.nuptias. de reg. iur. & sequit Ange. hic: non sic in pupillari substõne: q2 licet verum sit q si pupillus pcrearet filios extingueret pupillaris substitutio: vt. s. dixi: tñ requiritur q tales filij sint legitimi & naturales. nam naturales tñ non facerẽt extingui pupillarẽ substõnem. ita signãter Bald. in.l.nec ei.ff.de adop. et hic circa.x.col. in quarta differentia. nec obst. si dicat q si testator substituerit alicui si decesserit sine liberis, q filij naturales tantũ faciant deficere substõnem.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad trebel. q2 respondeo q loquit in dispõne testatoris: secus qñ filij ex dispõne legis faciunt deficere substitutũ: vt in casu nostro. text. est in.l.generaliter.§.cũ aũt.§.ti.j. ita respondet Bald. in.d.locis. & per hoc vltimũ semper dubitaui: an esset vera decisio Barto. in.d.l.ex facto. in pe.colũ. & Ange. hic, dũ dicit q filij naturales tantũ faciunt cessare exẽplariã substõnem: q2 cũ illud pcedat ex dispõne legis, videt q naturales nõ sufficiãt: per.d.§.cum aũt. nec obstat fundamentũ Bar. q mẽtecapti non possunt habere nisi filios naturales tantum: ex quo nõ possunt matrimoniũ cõtrahere: nam respõdeo q licet tunc non possent matrimoniũ 3herere: tamen possent habere vxorem: quia dementia superueniens non tollit prius cõtractum matrimoniũ.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui. & mucimo q Cuma. in.d.l.ex facto. reprobat Bart. in hoc: licet predicta non alleg.

Jason Papie.

1 ¶ Licet per pupillarem substõnem succedat soli filio pupillo, & in bonis pupilli, non autem testatori: tamen si testator dicat instituo filium pupillum: & si moriatur in pupillari etate talem mihi substituo: per dictionem mihi, nõ desinit esse pupillaris substitutio, & dictio mihi rejcitur.

2 Si testator instituat filium pupillum: deinde dicat si filius meus moriatur in pupillari etate substituo titium mihi & sibi: que substitutio censebitur ista.

3 Dictio vterq3, est collectiua: sed dictio alter, & alteruter, est distributiua.

4 Si pater duobus filijs pupillariter substituit, substitutus non admittitur, nisi substitutio in persona vtriusq3 locum habeat.

5 Si testator simplr dicat instituo filios meos impuberes, & si decesserint in pupillari etate titiũ substituo: sine dictiõe vterq3: an vno mortuo in pupillari etate statim admittat substitut⁹. & nu.6.

7 Si vir & vxor carentes liberis intrauerint religionẽ, cum pacto q post mortem eorum illorũ bona spectarẽt ecclesie: an vno ex eis mortuo pars sua statim ecclesie acquiratur.

8 Si testator plures sibi instituit heredes, nec eos aliter adinuicez substituit: sed solum dixit, q si oẽs sui heredes decesserint sine liberis, q bona sua deueniãt ad talẽ ecclesiam. an per hec verba si omnes sine liberis &c. intelligantur adinuicem substituti.

9 Si fideicõmissum est relictum post mortẽ omniũ heredum, vel si oẽs heredes decesserint sine liberis, tale fideicommissum intelligitur relictum ab vltimo moriente.

10 Pluralis locutio resoluitur in suas singularitates.

Cum quidam. Bart. exordit q̃ ista.l. & sequens habẽt difficiliora 3ria q lex q̃ sit in corpore iuris, diuidit in quinq3. In prima ponitur thema. In secunda refert dubitatio antiquorum. In tertia refert opin. Sabini. In quarta assignatur ratio illius opi. In quinta approbat opin. Sabini. Scda ibi: dubitabatur. Tertia ibi: & placuit Sabino. Quarta ibi, cogitasse eũ patrem. Quinta ibi: nos eiusdem Sabini. Substitutio facta duobus impuberib⁹ sub nomine collectiuo, nõ h3 locũ nisi 3ditio purificet in psona vtriusq3. h.d. ista.l. notabilr. ¶ † No. diligenter in

1 tex. in ver. sibi esse heredẽ. hic esse tex. fm Sali. Pau. & Alexan. q l3 per pupillarẽ substitutionem succedat soli filio pupillo: & in bonis pupilli: nõ aũt succedatur testatori. tñ si testator dicat instituo filiũ pupillũ: & si moriat in pupillari etate talẽ mihi substituo: pter dictionẽ mihi non desinit esse pupillaris substitutio. & dictio mihi, rejcitur. text. est hic. vbi testator dixit si vterque impubes decesserit illum sibi esse heredẽ. tñ est pupillaris. & nõ succedit sibi sed pupillo. q̃ est valde no. fm Sal. hic. Aliq tñ dicũt q hoc text. nõ pbat: q2 dictio sibi ita põt referri ad filiũ sicut ad testatorẽ: sed errant. q2 cũ in hoc text. essent duo filij ipuberes, quib⁹ pater pupillariter substituit: si ad eos fiat relatio, deberet dicere eis, non si

a bi. ergo cuz in singulari dicat sibi, refert ad testatorẽ. dictio ergo,[a] sibi rejcitur. Adde glos. in.l.j.§.heredis. in verbo mihi.ff.eod. vbi Ang. Pau. & Alex. in.iij.&.v.co. & habes tex. meliorem de iure in l. si ita scriptũ.§.q filio.ff.de bono. pos. fm tab. p quem tex. dicit ibi Bar. se cõsuluisse in egregio casu. pone pater instituit filiũ pupillũ: & hoc modo substituit, si cõtingat filiũ mori in pupillari etate volo q bona mea deueniãt ad talẽ. dicebãt quidã q pter verbũ bona mea, substitutio erat fideicõmissaria: q2 per fideicõmissariã succedit in bonis testatoris.l.coheredi.§.cũ filie.ff.eo. & sic cũ fit fideicommiss. nõ veniret bona pupilli. Bar. dicit q ibi substõ est pupillaris. & q̃ verbũ bona mea rejcitur. & q substitutus oia habebit. q̃ reputat no. & multum notat & ampliat Matesi. in no. cliij. verũ est q̃ Bal. in.l. precib⁹. s. eo. in.xij. col. psi. pcedo vlterius q̃d si testator adiecit. tenet in hoc vltimo contra Bar. q2 text. in.d.l. si ita scriptum.§.q filio. loquit qñ testator substituit p verba directa sed in casu Bar. substitutio est facta p verba cõia.s. p verbũ perueniant. quo casu vr fideicõmiss. substitutionẽ fecisse. de quo vltimo vide plenius Pau. in.d.l.j. in princip.ff.eo. vbi Alex. in.iij.&.v.co.

2 tenet decisionẽ Bar. cõtra Bal. † Quid aũt si testator institueret filium pupillũ, deinde diceret si filius meus moriatur in pupillari etate substituo titiũ mihi & sibi. q̃ substitutio cẽsebitur tunc esse ista. an fideicõmissaria & pupillaris simul. & certe sic, si diceremus esse nullam propter cõtrarietatez. an vero sit sola pupillaris. & remaneat dictio sibi: & mihi, rejciat. non recolo legisse hunc casum tactũ preterq a Lud. in 3sil. cccclxxx. incip. in quo casu proposito 3sulet de duab⁹ substitutionib⁹. vbi post multa mirabiliter tenet q inquãtũ testator dixit substituo mihi & sibi: copula debet resolui in alternatiuã vel: cũ sit posita inter incõpatibilia, que simul stare nõ pñt: ac si dixisset mihi vel sibi substituo. & q erit in electione substituti: an succedat testatori ex fideicõmissaria: an pupillo ex

3 directa pupillari. ¶ † Scdo not. ex hoc text. fm Barto. q̃ dictiõ

b vterq3,[b] est collectiua: s3 alter & alteruter, est distributiua. & in hoc bene vt est tex. in.§.ne autẽ. cũ glo. in ver. parte. in auten. de iudic. pt3 in.l. si apud. vbi Bal. C. de appel. sed pñuc te remitto ad Barto. & alios in.l. hoc articulo. ff. de here. insti. Et adde text. in.l. fin.§. ipsum autem. cũ gl. in v. ex vtraq3. vbi Bald. no.§. de bonis q̃ lib.

4 & bal.§.l. proxi. ¶ † Tertio no. ex tota lege fm magis cõem sensum, q si pater duob⁹ filijs pupillariter substituit, q substitut⁹ non admittitur, nisi substitutio in psona vtriusq3 locum habeat. & sic nisi vterq3 filius in pupillari etate decesserit. & hoc videtur procedere in hoc tex. propter duo. Primo pter dictionem vterq3, collectiuã: q2 testator dixit si vterq3 impubes decesserit. Scdo istud videt pcedere pter cõiunctionẽ sanguinis: pter quã presumit q mens testantis fuit q vno eorũ moriente alius sibi succederet. et sic psumitur inter eos prius cõseruasse ius legitime successionis. & sic magis dilexisse q substitutũ. & hoc est quod dicit text. noster. in

5 versi. cogitasse eũ &c. ¶ † Pulchrũ est videre quid si hoc tex. non cẽt apposita dictio collectiua vterq3, sed testator simplr dixisset instituo filios meos impuberes: & si decesserint in pupillari etate titium substituo. hic non est posita dictio vterq3, an vno mortuo in pupillari etate, statim admittat substitut⁹, an vero requiratur q̃ ambo prius decesserint. vt hoc text. istud est necessariũ pro intellectu tex. & quidem videt q tũc vno mortuo in pupillari etate admittat substitutus: cũ nõ sit ibi dictio vterq3. pro quo videtur facere text. not. in.l. lucius.§. caio.ff.ad trebel. & hoc tenet Barto. in.l. heredes mei.§.cũ ita.ff.ad treb. dum dicit q aliud est in vulgari vel fideicõmissaria substitutione facta duobus institutis. q2 tunc non

[a] ¶ Dictio ergo. ad q̃ glo. in.c. sup q̃õnũ. de offic. dele. doct. in c.j. de of. or. Car. zaba. i.c. dãnam⁹. in j. oppo. q̃ sum. tri.

[b] ¶ Dictio vterq3. ad q̃ l. si duo. in §. itẽ videamus. ff. vti pos.

admittitur substitutus nisi conditio eueniat in persona vtriusq;: ⁊ aliud est in pupillari substōne facta duobus pupillis simpliciter: quia si conditio eueniat in persona vnius tm̄: quia vnus eorū moriatur in pupillari etate, statim admittitur substitutus. ratio diuersitatis: quia in vulgari vel fideicō. nō tractatur nisi de vno effectu: quia cum per tales substōnes succedat solū testatori. d. l. coheredi. §. cum filie. ff. eo. certe cū tractetur tm̄ de vno effectu, substitutio non pōt habere effectū nisi in persona vtriusq; verificetur conditio: sed in pupillari facta duob⁹ pupillis tractatur de duplici effectu: quia per pupillarem nō succeditur testatori: sed pupillo, ergo cuz sint duo pupilli, tractatur de duplici hereditate: ergo vno mortuo substitut⁹ admittetur in hereditate illius: q: hic non est hereditas vnius tm̄: prout in vulgari ⁊ fideicō. sequitur Ange. in. d. §. cum ita. Breuiter illa opi. Bar. cōiter reprobatur: ⁊ consequēter tene ꝙ decisio huius legis ꝓcedit etiam si non esset dictio vterq;, et hoc tenet glo. val de sing. in. l. si pater impuberes. in gl. j. ff. eo. sequuntur Sali. Fulg. Pau. ⁊ plenius Alexā. hic. ⁊ Imo. ⁊ cōiter Moder. in. d. l. heredes mei. §. cum ita. nam pondera ꝙ lz text. in narratione facti ponat dictionem vterq;: tamen in ratione decidendi non fundat se in dictione vterq;: sed in ratione p̄sumpte volūtatis testātis: vt patet in ver. cogitasse enim ⁊c. ⁊ cōfirmatur euidēter: q: quotiescunq; in aliqua dispositione sunt due rationes finales: licet vna cesset: si tm̄ alia militat habet locū decisio glo. in. §. affinitatis. insti. de nup. ⁊ in. l. si ventri. §. fina. ff. de priui. credi. ⁊ iste tex. est melior de iure sm Bal. ibi in. l. si nō lex elia sentia. ff. de here. insti. tunc sic, dato ꝙ in decisione huius legis militarent due rationes finales: vt. s. declaraui: vna earum cessante: ⁊ sic cessante ratione dictionis vterq;: tm̄ cum militat alia. s. presumptio volūtatis defuncti: ꝑpter ꝯiunctionē sanguinis institutorum militabit dispositio huius legis. ⁊ sic cum militet ratio ver. cogitasse enim. militabit decisio huius legis ⁊ hoc satisfacit mihi.

6 ¶ †Et ex his oibus no. ampliationē ad hunc tex. vt procedat dato ꝙ in substōne non sit posita dictio collectiua vterq;. Limita tm̄ hunc tex. ꝓcedere qñ alius frater esset talis cōditionis ꝙ ab intestato succederet alteri fratri. nam tunc nō admittitur substitutus: nisi vtroq; defuncto in pupillari etate: quia tunc bene pater presumitur cōseruasse ius legitime successionis inter eos. ⁊ sic voluisse ꝙ vno decedente in pupillari etate, alius frater sibi succedat: sed postea ambobus mortuis in pupillari etate substitutus vtriq; succedat. ⁊ hoc est quod dicit tex. in ver. cogitasse: secus ergo esset nō dico extraneo: prout aliq dicūt: cum extraneo nō possit fieri pupillaris substitutio. §. extraneo. insti. eo. sed secus dico esse qñ essent tales fratres qui adinuicem non succederēt ab intestato: vt quia essent fratres nō coniuncti adinuicem ex vtroq; parēte: sed ex alio tm̄, quo casu mater eum excludit. iuxta aut. defuncto. C. ad tertul. hinc est ꝙ si pater haberet duos filios impuberes natos ex diuersa matre: ⁊ si decederent in pupillari etate alium substitueret matre existente: certe si vnus moriatur substitut⁹ statim admittitur: q: tunc cessat ratio huius text. in ver. cogitasse: tunc non potest presumi ꝙ vno mortuo voluerit cōseruari inter eos ius legitime successionis ab intestato: q: ab intestato frater non succederet: sed mater. d. aut. defuncto. ita Bal. hic in fi. col. post Nico. de muti. ⁊ Pau. Fulg. ⁊ Alexan. hic cogita tm̄ isto vltimo casu quid iuris esset qñ essent fratres nō vtrinq; ꝯiuncti: ⁊ sic qui adinuicem nō succederēt ab intestato matre existēte: qd si esset posita dictio vterq;, quo casu licet cesset vna ratio. s. ver sic. cogitasse. militat tm̄ alia. i. dictionis collectiue vterq;. ⁊ si dicas ꝙ tunc habeat locū iste tex. dicas quo iure vno mortuo alius sibi succedet: nam ab intestato non potest: quia est p̄ferenda mater. nō etiā potest tractari de iure accrescēdi, cum illud procederet qñ tractatur de hereditate testatoris: sed hic tractatur de hereditate duo⁊ pupillo⁊: ⁊ ideo nō hz locū ius accrescendi: ꝑpter hoc si cogitas inuenies ꝙ prima ratio dictionis vterq;, parum facit: nisi cōcurrat ius legitime successionis ab intestato: quod pr̄ primo loco videtur cōseruare: ⁊ sic nisi ꝯcurrat. d. rō vers. cogitasse. in qua sola ꝯsyderatione impator se solū fundat ⁊ ista sunt pulchra ⁊ subtilia ad intellectū hui⁹ tex. Adde ad predictaz limitationē ꝙ ista. l. nō ꝓcedat qñ essent fratres nō vtrinq; coniūcti: ⁊ sic ex diuersa matre: tenet Alex. quē oīno vide in cōsil. xcij. in. iij. volu. incipiē. super eo, de quo queritur in superiori themate: in. iij. col. ⁊ in simili Paul. in. l. qui duos. versic. sed oppono ꝙ imo. ff. eo. ¶ Item predicta ꝓcedunt in substōne pupillari: qd autem in vulgari: ⁊ quid in fideicō. facta plurib⁹ sub noīe collectiuo. proponunt Bar. ⁊ alij in. d. l. heredes mei. §. cum ita aliquid. Bal. hic: ⁊ multi late. Alex. hic ad quē te remitto.

7 a †Et predicta faciunt sm Cyn. Albe. ⁊ alios hic: ꝙ si vir ⁊ vxor a carentes liberis intrauerunt religionē cum pacto ꝙ post mortē eorum illorum bona spectarent ecclesie: ⁊ an vno ex eis mortuo pars sua statim ecclesie acquiritur: ⁊ cōis conclusio est ꝙ sic. sm Cyn. Guil. Albe. et Bal. hic in pe. q. ⁊ est text. in. l. luci⁹. §. cato. vbi Bart. ff. ad trebel. Imol. ⁊ Paul. in. l. si. §. filium. ff. de lega. ij. Albe. in. l. si seruus. §. si

a ¶ Et vxor. Adde pet. de anch. cōsi. lxiiij. inci. subtiliter ad plenū. idez Pe. de ancha. cōsilio ccclxxij. incipiē. q: Isabeta. Ang. cōsi. cccl. incipien. dña Philippa.

pluriū. in. ij. col. ff. si quis cau. Spec. in titu. de loca. §. nūc aliqua. ver. lxix. ⁊ Io. an. in. c. si pater. de testa. in. vj. in nouella. ¶ Pro pleniori intelligentia predicto⁊ ⁊ cōtra istum text. in versi. cogitasse. opponitur, ꝙ etiam si isti fratres non essent tales qui ab intestato adinuicez succederēt: ⁊ sic dato ꝙ legitima successio ab intestato non haberet locū inter eos: ꝙ tm̄ ꝓcederet iste tex. q: intelliguntur tacite adinuicē substituti: ⁊ sic venire ex tacita substitutione. qd ita probo. q: intelligitur substitutio facta vltimo morienti: vt dicit text. in. l. qui duos. in scdo respōso. ff. eo. sed quādo substitutio fit vltimo morienti, vel post mortē oīm, vel si ambo decesserint, intelligitur tunc vltimus tacite substitutus: ⁊ sic intelligitur facta substitutio. l. titia seio. §. seia libertis. ff. de lega. ij. qui text. est singula. sm Bart. ibi respōdēt Pau. ⁊ Alex. hic. ⁊ fuit so. Bart. post Dy. in. d. §. seia. qd. d. §. seia. loquitur in fideicom. substitutione: que si facta sit per hec verba si omnes decesserint, intelligitur induci tacita reciproca substitutio. nos autem loquimur in directa pupillari. ratio diuersitatis est sm Pau. hic: q: fideicō. substitutio potest fieri tacite p ꝯiecturas. l. cū ꝓponebatur. de lega. ij. secus in directa, que non potest ex cōiecturis induci, sed dz exprimi. l. iubemus. s. de testa. de qua lege opponit glo. in. d. §. seia. ⁊ lz nō respōdeat, tamen doc. antiqui vt dicit Pau. hic, ita respōdēt: ⁊ istam rationez diuersitatis ponit ante Pau. Bal. in. l. vnica. §. p secundo. in pen. colum. j. de cadu. tol. pro qua allego text. nota. in. l. publius. §. fina. ff. de cond. ⁊ demō. vbi fortius vult tex. ꝙ in substōne fideicōmissaria ꝑpter cōiecturas recedimus a verbis testatoris. Istam sol. quā sequitur Alex. hic. ipse Alex. reprobat in. l. potest. ff. eo. cū etiaz in directa substitutione sufficiat cōiecturata mens testantis. l. iaz hoc iure. ⁊. l. quidā testamento. ff. eo. ⁊ vltra eum istam differentiā inter directā ⁊ fidecommissariā reprobant Bald. ⁊ Imol. in. d. §. seia. vnde Bart. in. l. vel singulis. ff. eod. respondet, ꝙ ideo in. d. §. seia. resultat tacita substitutio: q: facta erat in toto fundo. ⁊ ideo nisi alij intelligerentur adinuicem substituti, non posset substitutus venire ad totum fundū. ⁊ istam solu. tenet Imo. in. d. l. seia. Paul. in. l. si pater impuberes. ff. eo, ⁊ Alex. hic. p qua addo facere id qd singulr̄ tenet Bart. in. l. quidā testamento. ff. eo. vbi dicit ꝙ regula que habet ꝙ si sit facta substitutio fideicōmissaria duob⁹ simpliciter, certe in quocūq; eorum ⁊ de per se purificetur cōditio fideicommissi, admittitur substitutus. l. lucius. §. caio. ff. ad trebel. ⁊. l. si. §. filium. de leg. ij. dicit singulariter Bar. ꝙ hoc est verū nisi eēt dictū ꝙ substituit in omnibus bonis: q: tūc illi duo intelliguntur prius adinuicem substituti. ⁊ idē tenet Bal. hic. in pe. colū. tm̄ hoc cōiter reprobatur propter tex. in. d. l. heredes mei. §. cum ita. verbo qcqd. in pn. l. ⁊ sic ibi erat signū vniuersale. ⁊ ita ibi Ange. Imo. ⁊ Mod. reprobāt Bar. ⁊ Alex. hic. ⁊ oīno vide Mate. in not. clxix. ⁊ dicit Alexā. hic. in consi. xcj. incip. ponderatis his de quibus in themate. in. ij. col. in. j. vol. ⁊ consi. xcij. in. iij. volu. incip. super eo de quo queritur in superiori themate. in fi. col. ꝙ cōmunis opin. in hoc est contra Bar. cōtra quē legendo: ⁊ cōsulendo semper tenui. mihi autem. in. d. §. seia. magis placet dicere ꝙ ibi duo cōcurrebāt q: ibi substitutio fuit facta post mortē oīm, ⁊ in oibus bonis. ideo ibi inducitur tacita substitutio. ita dicit ipse Paul. in. l. si pater impuberes. ff. eo.

8 ¶ †Predicta omnia inducuntur ad vtilitatem ⁊ quotidianā qōnē: tota die cōtingit ꝙ testator plures sibi instituit heredes, nec eos aliter adinuicem expresse substituit: q: si expsse substituisset nō esset q̄stio: sed solum dicit ꝙ si oēs sui heredes decesserint sine liberis, vult ꝙ bona sua perueniant ad talē ecclesiā: an per ista verba si oēs decesserint sine liberis, intelligantur adinuicem substituti. solus Pau. hic dicit: ꝙ habuit de facto consulere in ardua qōne transmissa sibi ex Bononia: an videantur adinuicez substituti, soluz ꝑpter verba: si oēs decesserint sine liberis, volo ꝙ bona mea inter pauperes distribuantur: ⁊ dicit ꝙ intelliguntur tacite substituti. ⁊ ꝙ est text. in. d. l. titia seio. §. seia libertis. licet sm eum doc. Bononie multa verba sup hoc effundāt per istū text. ⁊ similes: q loquuntur in directa substitutione. sz questio nostra ꝓcedit in fideicōmissaria, inter quas est differentia: vt ex p̄dictis sm euz patet. ⁊ dicit ꝙ illi doctores hoc nō intellexerūt: ⁊ qd est valde no. ita consuluit Paul. in cōsi. ccclij. incipi. duo videnda sunt primo vtrū ex tenore testamenti. idē tenet in. l. pōt. ff. eo. Istā decisionem Pauli refert Alex. in. l. si pater impuberes. ff. eo. vbi cā tenet cum aliquali distinctione, vt per eum. Pro ista egregia decisione stringit vnum: q: quoties fideicommissum est relictū post mortē oīm heredū, vel si oēs heredes decesserint sine liberis, tale fideicommissuz intelligitur relictum ab vltimo moriente. text. est not. in. l. cohdicillis. in prin. vbi Bar. ff. de vsu ⁊ vsufr. lega. quē tex. ad hoc allegat Pau. hic. in. j. co. ⁊ in ꝯsi. cxcvij. incip. in casu p̄senti, ⁊ Alex. in. d. l. si pater impuberes, sed sic est ꝙ quoties fideicōmissum relinquitur ab vltio moriente, tunc sumus in casu. d. §. seia libertis. ꝙ ex quo ab vltio moriēte est relictū, itelligatur facta adinuicez substō. ⁊ tenendo istā decisionē nō ob. regula. l. si. §. filium. de leg. ij. ⁊. l. luci⁹. §. caio. ff. ad treb. qb⁹ iurib⁹ dr, ꝙ qñ substitutio fideicommissaria fit pluribus

fit pluribus, vno moriente admittitur substitutus: nec alii heredes intelliguntur adinuicē substituti. q: rndeo ꝙ in illis legibus nō erat posita dictio oēs, vel ambo, vel vterqȝ, i. non erat dictū si oēs dece derent. q: dictiones faciunt censeri tacitas substitutiones adinui cem factas. ⁊ tenendo istā opi. Pau. limita vt limitat ipse in. l. qui duos. §. sed oppono ꝙ imo. ff. eod. quā limitationē refert ⁊ sequitur Alex. in ꝯsi. xcj. j. allegando in. j. volu. Ista autē sunt que pos sunt adduci ꝑ corroboratione hui⁹ decisionis Pau. quid tenedū habui sepe hanc qōnē de facto ⁊ tribus vicibus cōsului ꝯtra istā decisionē Pau. ⁊ prima vice cōsului Parme super magna here ditate dñi Bñdicti de zabolis, que vertebat corā consilio secreto Mediolani. ⁊ contra istā decisionē tenēt Angel. ⁊ Imol. in. d. l. si pater impuberes. ff. eod. q: ꝑ illa verba si oēs decesserint sine libe ris, solū intelligit conseruatū ius successionū legitimarum ab in testato, si erāt tales ꝙ possent ab intestato succedere: nō aūt ꝙ in telligant tacite substituti: vt. l. q duos. ff. eo. §. vel singulis. institu. eo. ⁊ hoc text. ver. cogitasse. q intelligitur ab intestato. Ad idē tex. in. l. pater filiam. §. fi. in verbo legitimus. ⁊ ibi Ang. no. ⁊ tenet. ff. ad le. fal. ⁊ ibi Imo. ponderans glo. ibi: in verbo substitutū. Idez in terminis tenet ipse Pau. sibi ꝯrius, cū limitatione quā statim dicam, in. d. l. si pater impuberes. idē in terminis ⁊ indiuiduo tȝ Pet. de ancha. in ꝯsil. cxix. incip. pro clariori deci. dubij de quo. s. per duo: vt ibi ꝑ eū. Idem ad literā late cōsuluit Alex. in ꝯsil. xcj. incip. ponderatis his de quibus in themate fit mētio. in. j. volu. ⁊ sine dubio tenui, ⁊ teneo ꝙ ista sit veritas: que clare patebit ex re sponsionibus dandis ad fundamēta Pau. nā ob. ergo dū dicit de h̄ tex. in. d. §. scia. q: vt patet ex supradictis ibi cōcurrebāt duo. Primo q: substitutio erat facta post mortē oīum. ⁊ hoc non suffi cit. Item erat facta in oīb⁹ bonis. vel in toto fundo. istis duobus cōcurrentibus bene inducitur substitutio. prout ipse Pau. decla rat. in. d. l. si pater impuberes. ideo debes cōsyderare verba testa menti. nō ob. tex. in. d. l. codicillis. in prin. de qua fit magnū funda

9 mentum ꝑ decisiōe Pau. hic: q: rndeo ꝙ ibi tex. loquit† qñ fidei cōmissaria substitutio fuit facta post mortē oīum in vsufru. vel in habitatione: tunc fideicōmissum bene intelligit relictū ab vltimo moriēte. secus si fideicōmissaria substitutio esset facta in proprie tate post mortē oīum: vt in casu nostro: tūc nō intelligit facta ab vltimo moriēte. ita declarat Bart. in. d. l. codicillis. ⁊ in. d. l. here des mei. §. cū ita. ⁊ assignat rōnem diuersitatis: q: postꝙ emolu mentū ꝓprietatis semel est acquisitū, nō h̄z locū ius accrescendi. secus in vsufru. ⁊ habitatione. l. j. in fi. ff. de vsufru. accres. ⁊ ita ille tex. ineuitabiliter retorquet ꝯtra decisionē Pau. hic: cōtra quam etiā vr̄ facere limitatio quā nūc dicā. Tene mēti ꝑdicta, q: freque ter occurrūt: nec ita inuenies examinata. Ultra ꝑdicta adde etiā pro limitatione solēni hui⁹. l. ⁊ ꝑdicto⁊, quod dicit Bal. in repe. c. si pater. de testa. in. vj. ⁊. xviij. col. ꝟ. quero de vno ꝑ declaratiōe tex. vbi dicit verbū notabile: ꝙ nō est necessarius ꝯcursus oīum dece dentiū. i. nō est necesse ꝙ oēs heredes decedant, qñ substituti sunt pauperes xp̄i: nisi qñ est substitutio vulgaris facta ꝑ nomē colle ctiuū. sed in fideicōmissaria substitutione vel in pupillari vel in cō pendiosa semp tales substituti admittuntur ad partes decedentis.

10 quod mirabile est si verū est. ¶ † Quarto ex ista. l. no. limitationē

a ad regulā. l. falsa. §. fi. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. vbi dr̄ ꝙ pluralis locutio[a] resoluit in suas singularitates. hic nō fit ista resolutio: nā si fieret vno decedēte admitteret substitut⁹. qd ideo hic esset ꝑpter ꝑsum ptā volūtate testatoris: vt hic in ver. cogitasse. ¶ Ultimo ponde ra tex. in fi. dū dicit nisi vterqȝ eo⁊ in prima etate decesserit. nā iste tex. videtur velle ꝙ nisi vterqȝ filio⁊ decessisset in pupillari etate, ꝙ substitutus nō admitteret. ⁊ sic vr̄ velle text. ꝙ si primus filius decessisset pubes, ⁊ scōs impubes: nō admitteret substitutus: q: vterqȝ nō decessit in pupillari etate: vt dicit tex. sup quo dubitat Fulg. hic in fi. Tu aūt tene ꝙ dūmodo vltimus moriens decedat impubes, ꝑ substitut⁹ admittit. q: de primo non curatur: ex quo prim⁹ in quacūqȝ etate decedat ei scōs iure sanguinis succedat. d. l. heredes mei. §. cū ita. ita Bald. hic. i. j. col. ⁊ in. j. q. ⁊ Pau. hic. Nec ob. ille tex. q: verū est si incipiat a primo, nō sufficit ꝙ prim⁹ fit mortuus impubes: nisi scōs etiā moriatur in pupillari etate. sed si incipias a scōo, sufficit scōm esse mortuū in pupillari etate. tamē ista inceptio est potius verbalis si bñ cōsyderes. ¶ Glo. in ꝟ. cum vterqȝ. diuidit i tres. In prima allegat. ij. ꝯco. ad tex. h̄z dū gl. al legat. l. seius. ff. ad treb. nihil facit. In scōa ibi: sed cōtra. ff. de inin. rup. opponit ⁊ dupliciter soluit. In tertia ibi: ⁊ h̄ scōo modo. po nit quatuor sol. ad aliud difficile cōtrariū. In scōa pte dic ꝙ pri ma sol. vera. ⁊ q. d. l. pe. parū facit. q: ibi substitutio fuit facta no minatim vnicuiqȝ: q: vni heredi substituit vnū. alij substituit aliū de per se. vno igitur moriēte, substitut⁹ admittit. sed hic vterqȝ est substitutus. ⁊ probat ista solu. in. l. si posthum⁹ a primo. ver. nam ⁊ cū duob⁹. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ ista est bona so. lȝ vltramon. vt re fert Cy. dicāt ꝙ ista so. diminuta: sed male. ¶ In tertia pte ꝑ intelli gētia eius opponit fortissime ꝯ istū text. de. l. heredes mei. §. cum ita. alleg. in glo. vbi substitutio fuit facta per nomen collectiuū, si cut hic: nā fuit dictū si vterqȝ filio⁊ decesserit sine filiis, bona pue niāt ad talē. ibi dr̄ ꝙ si cōditio eueniat in ꝑsona scōi moriētis ⁊ nō primi, tamē substitut⁹ admittit. cuius ꝯrariū hic decidit: vbi sub stitutus nō admittit nisi in ꝑsona vtriusqȝ filij cōditio substituti eueniat. glo. ponit quatuor so. Prima est, ꝙ dȝ solui vt scōo mo do soluit ꝑcedēs: est fatuitas: q: ibi fuit facta substitutio filiis si cut hic. Scōa sol. ꝙ ibi fideicōmissari⁹ ꝯditionalis ꝑdecessit anꝙ cōditio euenerit: nil facit quo ad sol. ꝯtrarij adducti. sed venit ad tollendū aliud ꝯtrariū quod posset fieri quare de. d. §. cum ita. ex quo primus filius decessit cū filiis, quare scōo filio postea sine libe ris moriēte non admittat prim⁹, vel ei⁹ heres: ex quo testator di sposuit ꝙ ille qui haberet filios succederet nō habēti. ⁊ ad hoc gl. respōdet, ꝙ ideo est q: filius prim⁹ decessit anteꝙ eueniret ꝯditio in ꝑsona scōi: ⁊ sic anteꝙ decederet sine liberis: quo casu fideicom missarius decedens ꝑdente cōditione nil trāsmittit, ꝑ regram. l. vnice. §. in nouissimo. j. de cadu. tol. Tertia sol. ꝙ ibi extitit condi tio in ꝑsona scōi, q est mortu⁹ sine liberis: hic aūt deficit: ⁊ dr̄ defe cisse qñ scōs non moriat in pupillari etate. hāc sic declara: nā quo ties fit substitutio duob⁹ cū adiectione termini collectiui vterqȝ, scōm rigorē verbo⁊ nunꝙ substitut⁹ admittit nisi in persona vtri usqȝ locum habeat: q: quoties oratio sumit ex vniuerso, vel ex ali quo termino collectiuo, nunꝙ dicit verificari oratio nisi vniuersa liter ⁊ in vtroqȝ collectiuo sit verificata. l. si is qui ducēta. §. vtruȝ. ⁊. §. item si paterfa. ff. de rebus dub. tū q: in vltimis volūtatibus magis attendit mens testātis ꝙ rigor verbo⁊: certe lȝ fili⁹ prim⁹ sit mortuus cū liberis, tū si postea scōus sit mortuus sine libe ris, cui prim⁹ non potest succedere: scōs ex benignitate admittit. iste est casus. d. §. cū ita. q: ibi ex quo ꝯditio euenit in ꝑsona scōi, sa tis est vt substituto loc⁹ fiat. sed in casu legis nostre nō est sic. imo est ecōtra. lȝ eīn conditio euenerit in ꝑsona primi: q: primus filius mortuus sit impubes, non sufficit, nisi etiā in ꝑsona scōi purificet cōditio. ⁊ sic nisi etiā scōs impubes decedat. ita loquit iste text. in fi. ita teneo istā solu. glos. omissis infinitis que solent referri in hoc contrario. Quarta so. ꝙ hic loquat in directa substitutione, ibi in fideicōmissaria, vera est in se. q: ita loquit vterqȝ tex. ⁊ istam so. vr̄ tenere glo. in. l. pater filiā. §. fi. ff. ad legē fal. sed cōiter reprobat. q: qñ substitutio fit cū termino collectiuo vterqȝ, nō est differētia in ter directā ⁊ fideicōmissariā: sed bñ qñ fit sine termino collectiuo. vt declarāt Bar. ⁊ alij in. d. §. cū ita. ⁊ late Alex. hic: ex qb⁹ potes colligere quid importet collectiua vterqȝ, ad ea que dixi in tertio notabili. lȝ Imo. in. d. §. cū ita. videat defendere istam solut. hic per Alex. qui postea vr̄ tradere nonū intellectum, qui fuit Oldra. fm Sali. hic. ⁊ de hac materia quo ad vulgarē ⁊ fideicōmissariā sub stitutionem vltra Bart. ⁊ Imol. in. d. §. cū ita. ⁊ plenius Alexan. hic. vide Bald. in. l. j. in fi. C. de conditio. inser. ⁊ Pet. de ancha. in consilio. cclxxxiiij. incipien. quia Isabeta. ⁊ in consilio. lxiiij. incip. subtiliter ad plenum. ⁊ Angel. in consil. cccvj. incipien. subtiliter ad plenum. Iason de Mayno in Ticinensi gymnasio.

a ¶ Locutio. Add. l. l. j. §. initium. ff. de postu. gl. in. c. oēs. j. di. doc. i. l. si seruus. ff. si quis cau.

14 sit probatũ de delicto.¶ † Quinto no.ibi:deinde.dictio deinde,

c cũ [c] sit denominatiua cuiusdam ordinis,videtur probare qd primo iudicatum fuerit super violentia:deinde actum sit ad damna ꝛ interesse de per se.Istud non videtur posse procedere per.l.iiij.C.depositi.quia lata sñia sup principali nõ possunt amplius peti expẽse:quia debent̃ officio iudicis:qd expirat lata sñia:ideo Bar.saluat exemplificando duobus modis:vt hic per eum:ꝛ cũ eo oẽs transeunt tenẽdo primum sensum qui magis conuenit li-

15 tere.† Unuz tamẽ perpetuo no.ad intellectũ istius legis:qd quãdo dãnum passus aget ad dãnum ꝛ interesse,non est necesse qd in libello exprimat quas res amiserat etiam parte opponente:sed opus est qd postea in processu liquidentur:scdm istam legem:ita in effectu concludit Inno.licet multum se inuoluat in.c.ij.vltra principiũ.in glo.ij.sua.extra de ordi.cogni.quem referũt ꝛ sequũtur Albe.de rosa.Jo.fab.ꝛ Ang.hic:ꝛ respondet Joã.fab.ad.l.in actione.ff.de fur.que vult qd exprimant̃ res furto subtractas:quia respondetur ex mente Inno.qd iste libellus incertus specialiter procedit hic/in odium violenti.Et ista conclusio potest optime comprobari vltra eos ex eo qd in simili dicimus:qd quando incertitudo procedit culpa conuenti:tunc libellus incertus vagus ꝛ obscurus admittitur etiã parte oppo.l.j.§.quia aũt.ff.quorum lega.sed ista incertitudo procedit culpa conuenti.ergo ꝛc.

16 ¶ † Sexto no.ex tex.qd probato plene delicto principali:de accessorijs:postea statur iuramento damnum passi:ꝛ scdm hoc habetis in hac lege casum no.ꝛ dicit Cy.qd est miraculum,in quo iuramẽtum nõ in defectum semiplene probationis prestatur:imo obtinet vim plene probationis:etiam non voluntarie prestito iuramento:imo inuita parte:de hoc etiam est gloss.in.c.dilecti.in gloss.fi.de foro cõpe.ꝛ sic est hic tex.in quo quis est testis in causa propria:ꝛ in quo quis in causa ppria plene probat:ꝛ sic est cõtra

d duas regulas speciales.Prima regula est q̃ vnus testis [d] nunq̃ ple-

a ¶ Qd iuramẽtũ. adde Lud.ro.i.l.admonẽdi.ff.de iureiu.Frã.de are.in.c.ij.in.ij.no.de pba.

b ¶ Unde vi. Adde Lafrã.in repet.c.qm cõtra falsum.de pbatio.

c ¶ Dictio cũ. Adde.l.si quis arbitratu.ff.de v.obli.Car.in.c.fin.in.j.no.de gsile.Idẽ Cardi.in cle.ij.i.iij.not.de testi.Rapha.cu.gsil.(vj.)inci.paruus heres.

d ¶ Unus testis. Adde plures casus i quib⁹ creditur vni testi.de qb⁹ p Fel.in.c.veniens.el j.in.vij.col.de testi.

ne probat etiam si esset senator.l.ubi.ff.de testi.et in.c.in noie dñi. eo.ti. Scda regula est q in cã ppria^a non põt quis esse testis.l. oibus.§.de testi.imo nec iudicium facere,iuxta glo.et Bart.in.l.deferre.§.item decreuerũt.ff.de iure fisci.tñ est hic text.in quo unus testis etiam in facto pprio plene pbat in odiũ violenti:ut dicitur 17 in glo.†Et licet dicat Cy.istũ casum esse mirabilẽ:tñ similem casum habetis in quo sumitur iuramentum partis,et plene probat, text.est.in.§.sancimus.in auten.de administra.col.vij.ubi finito officio iudicis debet stare in syndicatu per.l.dies.et resarcire dãna iniuste illata. Pone q potestas ante recedit:statur iuramento eorum qui passi fuerunt damnum:et multum no.Jo.de imo.et Jo.an.in.c.fin.qd me.cau.de quo dixi in.l.unica.C.ut oes iudi.tã ciui.q mili.etc.et ratio est qr ibi fuga officialis facit ut stetur iuramẽto dãnũ passi.multos alios casus ponit Lud.ro.in repe.l.admonẽdi.ff.de iureiu.in.xvj.col.et in ult.col.qui nõ faciũt ad propositũ ubi ignorãtia et similis probatur per iuramẽtum:de quo po 18 nit Bart.in.l.si cui.§.eisdẽ.ff.de accu.¶†Septimo not.qd interesse vel dãnũ insurgens ex aliquo delicto vel maleficio probatur 19 per solũ iuramẽtum dãnum passi.de quo.j.late dicet.†Quid aũt si peteret dãnũ nõ ex delicto sed ex contractu,an stetur iuramento.est glo.in.l.semp.§.in hoc interdicto.ff.qd vi aut clam.que alle- 20 gatur pro singulari.sed.j.allegabo concor.¶†Octauo not.ibi taxationem a iudice factam,hic esse text.q ad hoc ut iuramentũ possit pstari a dãnũ passo,requiritur q primo procedat taxatio iudicis/adeo q nõ sufficeret taxationẽ postea sequi.et ita cõsului in ciuitate Mediolaneñ.nec iuramentũ conualidaret ex taxatione postea sequuta.et ita in specie not.Sali.hic.et cano.in.d.c.si.ubi in specie.d.Ant.in.iiij.et.v.not.et Imol.in.iiij.nota.et est glo.in.l.videamus.§.pe.in versi.ex magna causa.ff.de in lit.iur.sic etiam est in iuramento expensarũ:qr requirit q precedat taxatio.text.est in.§.oportet.in aut.de iudi.et in aut.hodie.C.de iudi.secus est in iuramento affectionis:in quo taxatio iudicis potest precedere et sequi.d.l.videamus.§.iurare.et.§.seq.et ratio diuersitatis est:qr ut dicit Bartolus hic:iuramentum de quo hic est veritatis.etc.

21 ¶†Nono not.ibi pro psonarum atq negotij qualitate:q iudex in taxãdis dãnis et interesse debet cõsyderare qualitatẽ persone et negotij:et sic multũ relinquitur arbitrio iudicis:et ita declarant etiã cano.in.d.c.si.qr nõ est credendũ si paup dicat sibi subreptas margaritas.dicũt etiam Host.et Panor.in si.illius.c.q in ista taxatione dz iudex non solũ consyderare qualitatatẽ persone dãnũ passi:sed etiã dz consyderare qualitatẽ persone que dedit dãnũ: an sit solita dare dãnum,et ita probat text.ibi pro qualitate per- 22 sonarũ.¶†Itẽ nota practicã procedẽdi ad estimationẽ rerũ que abrepte dicũtur tẽpore violẽtie:qr primo dz iudex taxare,postea prestare iuramentũ:postea facere condẽnationem:ut hic in text.

23 ¶†Nunc operepreciũ est videre an in istis oibus expediendis requiratur citatio partis.s.tẽpore iuramẽti prestiti,et tempore condẽnationis fiende:omissis verbis ista est veritas/qd tutius esset ad oẽs istos actus partem citare:sed necessitatis est qd pars citetur qñ iudex vult facere taxationem:per regulam.l.nam ita diuus.cum simili.ff.de adopti.tẽpore autem iuramenti non requiritur qd pars citetur:licet esset bonum facere:quia etiam si pars esset presens non posset obuiare dispositioni:eo quia lex sic mandat:secus tñ esset in iuramẽto necessario:qr semp pars dz citari: quia est dubiũ an debeat referri reo vel actori:ut dicã in.l.admonẽdi.ista oĩa tradunt domini de Ro.in decisio.cclxxxvij.fm ordinem nouũ.alias in decisio.xcij.fm ordinem antiquũ.et ita sequitur Imo.in.d.c.fin.in.x.colũ.extra qd metus cau.et ita consuluit do.Alex.in cõsil.cxxx.incip.difficultas huius negotij.in.j.volu. et pro ista decisio.ratio est:licet ipsi nõ dicãt:nos habemus regu- 24 lam†q nunq oportet citare eũ quo inuito potest actus expediri.text.est nota.in.l.iij.§.illud.ff.de fideicom.liber.et facit regula qui potest inuitis.ff.de regu.iur.ergo cũ iuramentum de quo hic possit prestari inuita parte,non requiritur citatio:et istud est qd in pulchro simili dicit Paul.de cast.a quo didici in consil.cccxv. incip.in christi nomine super primo dubio videtur dicendum qd legitimatio etc.ubi Pau.confirmando unam decisio.Barto.in.l. gallus.§.et quid si tantum.in ulti.colum.ff.de libe.et posthu.assignat rationem/dum dicit Barto.q in legitimatione requiratur citatio eorum de quorum preiudicio agitur:tamen princeps põt legitimare sine citatione de plenitudine potestatis.ratio est quia etiam si pars esset presens,non potest contradicere quando princeps ita deliberauit de plenitudine potestatis.stat ergo regula quod non oportet citare eum quo inuito potest actus expediri.

25 ¶†Ultimo no.ibi:et quod huiusmodi iureiurã.dato etc.põderãdo dictionẽ oportet,^b que est necessitatiua.gloss.est in.l.admonendi.ff.de iureiur.et gloss.in.l.j.ff.de insti.et iur.q qñ precessit taxatio iudicis,et detulit iuramentum dãnum passo:tenetur in tantũ condemnare quantum fuit iuratum:nec in plus aut minus, alias dicit Bald.q faceret litem suã:et est glo.in.d.c.fina.et ultra hoc qd teneatur parti,dicit ibi Inno.q talis sententia esset ipso 26 iure nulla:et ibi oẽs sequuntur ¶†Limitat tamen singu.istum text.et istud notabile Innoc.ibi.et est singu.limitatio fm Panor. ibi in ulti.col.q iudex dz condemnare fm taxationem iuratam: nec posset augere vel minuere.dicit Inno.q est verum nisi iudex vellet reuocare taxationẽ quã prius fecit:quia potest in illa sententia:anteq deueniat ad condẽnationem tanq non legitime factã ab eo:et ratio qua mouetur est,qr illa taxatio iudicis dicitur sentẽtia interlocutoria:sed iudex potest tollere et reuocare eius sñiam interlocutoriã.l.qd iussit.ff.de re iud.ca.cũ cessante.extra de appel.ergo poterit reuocare istã taxationẽ:et per cõsequẽs iuramentũ:et si dicis quõ potest pcedere dictũ Inn.nõne est contra text.in.§.opz.in aut.de iudi.et in aut.hodie.C.de iudi.ubi nullo modo põt reuocare iuramentũ prestitũ:quia nõ dz iudex esse mitior quã sit ipsa lex:quia rñdet Inno.q ista iura procedũt quando iudex vellet reuocare iuramentũ:stante tñ taxatione sua non potest:sed si vellet reuocare taxationẽ posset.ita procedit dictum suum:et si dicatur ista decisio est cõtra tex.in.l.non erit.§.dato.ff. de iureiur.qr rñdet Inn.et bene in hoc/quod illa regula procedit in iuramento voluntario qd defertur a parte parti:ex quo oritur postea^c in factum actio.tunc iudex nõ potest amplius reuocare: sed nos loquimur in iuramento necessitatis,quod succedit in locum pbatio.quod potest reuocare,per regulã.l.proprietatis.C. de proba.Istam opi.Imo.tenet Jo.and.in.d.c.fi.et ibi do.Ant. in penul.col.istam eandem limita.tenet Jo.de imo.in.l.qd iussit. in.ij.col.ff.de re iudi.et idem Jo.de imo.in.l.ait pretor.§.j.circa fi. ff.eo.Eandẽ sequit.d.Alexã.simpliciter in.l.qui bona.§.qui dam 27 ni.in penul.col.ff.de dã.infec.Pro ista opin.†Adde multũ bene facere unũ quod singu.dixit alibi Angel.ad intellectum istius legis.in.l.qui vas.in priu.ff.de fur.per illũ tex.in versi.fur vas ptulit.ubi dicit Ange.q cũ de iure cõmuni per istum text.dispositũ est q de dãno vel de robaria stetur iuramento damnum passi.pone q dãnum passus iurauit estimationem rerũ suarũ tantũ valere:an aduersarius qui dãnum dedit,possit probare contra eum. Et ibi Ang.q sic,et dicit q probat hoc modo:qr ibi erat contentio ex quo dominus dicebat rem tantum valere,fur obtulit rem: per eius exhibitionem constitit de valore:ergo patet qd admittitur probatio in contrarium.Sic etiam in simili dicit Angel.in aut.de exhi.re.in princi.per illum tex.statutũ est q pro dãno dato stetur iuramẽto damnum passi usq ad decem libras:an iudex possit nõ stare iuramento:et dicit q potest diminuere cõdẽnationem,imo plus Ange.in.l.qui restituere.ff.de rei vendi.per illum tex.in verbo ulla taxatione.cum gloss.dicit q stante dicto statuto possit iudex recedere in totum a dicto iuramẽto:quando videret q est calũniosum:quia maleficijs hominum est obuiandum.l.in fundo.ff.de rei vendi.Pro hoc facit regula Joan.and.in.c.statu- 28 tum.§.cum vero.de rescriptis.in.vj.in nouella.†Et idem Joan. and.in addi.Specu.in titu.de offi.iudi.§.fina.in versi.vj.ubi dicit,licet statuto caueatur q in aliquo casu stetur iuramento alicuius:tamen potest probari contrarium.sic in simili plene Jaco. de are.Ange.Imo.Pau.de ca.et Ludo.ro.d.Alexã.in.l.qui bona.§.qui damni.ff.de dã.infec.late examinãt.tamen communiter concluditur qd sic.et in simili Bald.in.l.j.C.si aduer.lib.in.l.j.C. 29 de re.credi.et in.l.contra negãtem.C.de.l.aqui.†Sicut etiam in simili dicit Bartolus.in.l.si cui.§.eisdem.ff.de accu.recte ponderans,ubi dicit licet de ignorantia stetur iuramento ignorãtis,dicit q posset probari contrarium/q imo sciuit.et est gloss.in.c.ij.in glo.j.ver.affectata.de tempo.ordi.in.vj.tamen ista similia non ex 30 toto veniunt directo ad dictum Inno.¶†Nota ex ista doctrina Innocen.qd qñ quis ex iuramento voluntario vel iudiciali prestito a parte parti oritur actio.l.actori.C.de re.credi.tamen ex iuramento necessario quod defertur in defectum totalis/probatur: ut hic.et in iuramento in litem de affec.non oritur actio.de quo tamen fuit questio et cõtrouersia inter glo.antiquas:ut est glo.in.l. nã et postea.in prin.et ibi late Bart.ff.de iureiu.ultra Innocẽ.habemus glo.sing.§.preterea quãdam.in ver.ex arbitrio.institu.de actio.per quam gloss.ita tenent Ange.et Lud.roma.in.l.ij.ff.de iureiurã.et Barto.et Salice.in.d.l.nam et postea.§.fina.et in terminis Bartolus in.l.in actionibus.ad fin.ff.de in lit.iuran.et Bal. in auten.hodie.C.de iudi.Uideamus nunc an ista limitatio Innocen.sit vera:quia si est vera mirabiliter limitat illum textum.Addo quod contrarium tenet sub dubio tamen forte/Jo.de imo.in d.l.qui bona.§.qui damni.et multum late Joan.de imola.in.d.c. fina.in.vij.ix.et.x.colum.idem tenet ibi contra Imol.do.Abbas Panormi.in ultima colum.idem tenet dominus Alexan.Imol. contra morem suum sibi contrarius,in.l.admonẽdi.xxxiij.colũ. ff.de iureiuran.Et contra Innoc.Primo facit fm Imol.in.d.§. qui damni.et.d.§.oportet.in aut.de iudic.ubi in odium contumacis postq iuramentum est prestitum,non potest iudex amplius mutare:ita hic in odium inuasoris,non debet posse iudex nec iuramentum:nec

a ¶ In cã ppria. Adde l.nullus.de testi.

b ¶ Dictionẽ opz. Adde glo.in ver. oportebit.i. c.ij.de li.cõte.li.vj.bal. in.l.constit. C.arch.in.c. non opz.iij. q.ix.An.de but.in.c.nã cõcupiscentiã.de cõsti. Abb.i.c.j.d libel.oblat. Abb.i.c.sup ordinata de pb.abb. in.c.si qui testiũ.de testi. abb.in.c.si. qd me.cau. abb.in.c.si. de iureiur.

c Oritur postea. Adde bart.i.l.fide iussor obligari.in.§. q certo.ff.d fideiuss.bal. in auten.ad hec.C.de usur.Inn.i ca.nouit.de iudi.Arch. i.c.sunt nõnulli.j.q.j.

ramentum:nec taxationem reuocare:et responsio Inno.ad illum text.non multum facit.Et licet Imol.fundet se de illo text.quia illud fit in odium cõtumacie restringere illuz tex.qui loquitur indistincte etiam in non cõtumace.Scdo cõtra Inno.mouet Imol. in.d.c.fi.tradita est forma hac lege:et in.d.c.fi.qd probata violentia debet fieri taxatio a iudice:postea dãnum passus debet iurare:tunc sic:si aduersarius tpe facte taxationis per iudicem nõ appellauit:certe post iuramentum prestitũ,cũ lex necessitet iudicem ei iubendo:vt hic in litera:certe iudex non debet posse mutare taxationem:quia imputandum est parti que non appellauit:maxime stãtibus supradictis:quia dixi qd tpe taxationis debet pars citari:ergo iudex non debet posse reuocare taxationẽ:maxime cũ lex mandet condemnationem ita debere fieri:vnde iudex non debet esse mitior ipsa lege:vt dicit tex.in illo.§.oportet.ergo sententia in contrarium non debet valere:quia esset cõtra ius.l.j.et.ij.§.quando prouo.non est necesse.l.j.ff.que sen.sine appel.rescind.tñ ista iura loquuntur quãdo sentẽtia est cõtra ius:et error iuris est expressus in sententia.Tertio contra Innocẽ.Panor.in.d.c.fina. in vlti.col.facit duo fundamenta.primo ponderando dictionem oportet:ergo etc.scdo mouetur:quia in iuramento in litẽ eo quia est affectionis:bene verum est qd potest mutare:quia non detegitur periurium sed nimia affectio.l.videamus.§.penulti.ff.de in lit.iur.tamen in proposito nostro detegeretur periurium:ergo etc.vt §.dixi.Et tenendo istam opi.contra Inno.ad fundamenta Inn.

31 facile est respondere.†Et ad primum dñ dicebat quod talis taxatio est sententia interlocutoria quã potest iudex reuocare:quia respondeo illud est verum quando est interlocutoria que procedit ex mera voluntate iudicis:sed quando necessitatur ex dispositione.l.tunc non potest reuocare.Non obst.aliud qd licet.l.mãdet stari iuramento alicuius:tamen potest probari contrarium: quia est magnũ dubiũ:vt late scribunt Imol.Lud.ro.et.d.Alex. in.d.l.qui bona.§.qui dãni.sed dato qd regula sit vera:respondet ibi Imo.qd est vera qñ tale iuramẽtum est delatuz ex dispositione.l.vel statuti absente et ignorante parte:sed in casu nostro pars debuit citari:vnde si non appellauit a taxatione,sibi imputetur: ego respondeo aliter vltra Imo.qd illa regula procedit quãdo.l. simpliciter disponit debere stari iuramento alicuius:secus quando lex vel statutum disponeret deberi stari iuramento alicuius, et procederet vltra disponendo necessitãdo debere stari illi iuramento:vt in casu.l.nostre.tunc non habet locum illa regula:ita no.limitat Bald.in.c.j.in princi.si de inuesti.inter do.et vas.lis ori. et sentit idem Bal.in.l.j.in.j.col.§.de re.credi.et sic retorqueret argu.cõtra Inno.¶†Quid tenẽduz puto in tanta difficultate posse

32 se sic cõcludi,saluo semper saniori iudicio:aut querimus:an iudex possit reuocare talem taxationem ex officio suo,parte non instante nec requirente:et dico quod non:aut querimus:an post taxationem iudicis et iuramentũ partis possit iudex diminuere taxationem per eum factam:parte requirente et adducente bonas pbationes qd taxatio sit iniusta:et isto casu teneo sententiã Innoc.qd sic:imo debeat:et vltra Innocen.et vltra.§.relatos:addo qd istud idem tenet Spec.in titu.de expen.§.postremo.ad finẽ princip.ita etiam tenet Pet.de anchara.in.c.finem litibus.extra de do.et cõtu.Ita etiam tenet do.Alexan.in.d.l.videamus.§.si.in penulti.et vlti.colũ.et pro ista sententia facit decis.Ange.§.relata.in.d.l.qui vas.et in alijs locis preallegat.et pro ista sñia disputationis gratia facio fundamentum retorquendo contra Panor.id qd ipse dicit adducendo.d.l.videamus.§.penulti.iuncta.l.fi.ff.de in lit.iur. nam postqȝ prestitum est iuramentum in litem de affectione,dicit.l.fin.non facile queritur de periurio eius qui in litem iurauit:cũ ergo tex.in.d.§.penul.dicit quod postqȝ quis iurauit in litem iudex non potest de facili retractare vel diminuere iuramentum: sed bene ex causa:puta ex probationibus reper.ergo per illum textum limitabitur lex nostra:vt iudex teneatur sequi iuramentũ,verũ est nisi ex causa puta propter probationes nouiter repertas:quia non est nouum quod vna lex per aliam declaretur.l.non est nouum.et.l.sed et posteriores.ff.de legibus.Et si tu respondes: vt respondet Panormi.qd ibi loquitur in iuramento affectionis in quo non detegitur periurium:sed inordinata affectio:sed in casu nostro detegeretur periurium:ergo etc.¶Et ista est ratio Bartol.ibi:in.d.§.penulti.et Cano.in.d.c.fi.et glos.in.c.j.super verbo docuerit.de electio.libr.vj.que assignat istam eandem rationem:et ita transit vniuersa schola legistarum et canonistarum: quia ego respondeo qd ista ratio est falsa:nam dicunt docto.prealleg.qd dictus.§.penulti.habet locum in iuramento affectionis/qd arguit inordinatam affectionem:quia istud procederet si post tale iuramentum iudex solum posset diminuere:sed text.ibi dicit quod in totum potest recedere a iuramento:ergo etiam illo casu ita arguitur periurium:sicut et in casu nostro,maxime:quia ibi precessit taxatio iudicis,fm qd ibi ordinarie dicetur reprobata gloss.ibi:que videtur tenere contrarium.Et sic concludo verã

esse sententiam Inno.quod in casu.l.nostre:si afferantur pbationes ad instantiam partis,diminuere potest taxationẽ:et facit qd

33 dicam in sequẽti questione.¶†Quid autem esset si seruata esset forma istius legis:quia probata violentia iudex taxat:pars iurauit:et iudex lata sententia secutus est taxationem et iuramentũ: an talis sententia possit retractari ex veris et iustis probationibus de nouo repertis.iuxta.l.admonendi.ff.de iureiuran.et.l.imperatores.cum ibi not.ff.de re iudi.ista questio differt a precedenti:quia ibi non erat lata sñia:intelligas tamẽ istã questionẽ quando sñia transiuerat in rem iudicatam,an retractaretur.Bar.singu.in.d.l.admonẽdi.in.iij.col.ad fi.in.ij.oppo.princi.tenet quod non:et dicit qd in decisio.istius.l.si sit lata sententia fm iuramentum prestitum,que transierit in rem iudicatam,non põt retractari per nouas probationes:et idem dicit iuramento in litem de affectione:et respondet ad regulam.l.admonendi.vt procedat quãdo sententia est lata pretextu iuramenti solum prestiti ex inopia probationum:tunc bene talis sententia potest retractari per nouas probationes:sed in casu nostro iuramentũ est prestitum non solum propter defectum probationis:sed etiam propter delictũ violenti inuasoris:et sic propter duo.et istam opi.Barto.tenet ibi Ang.et do.Alex.in.xxxiiij.col.et do.Anto.in.c.fin.in fin.extra de iureiuran.et Bal.in.§.videamus.§.j.in lectu.antiqua.ff.de in lit. iuran.et pro ista opi.adde gloss.in.d.l.videamus.§.penul.in glos. magna.in ver.ex magna causa.in pe.parte.ff de in lit.iurand.quã ad hoc ibi not.Ange.et.d.Alexan.in fi.an tñ illa glos.istud probet vel ne,erit locus suus ibi.Et ista opi.Barto.est sing.declaratio ad istam.l.si vera est:tamen non probatur aliqua.l.et contrarium probat.d.l.videamus.§.penult.ideo Fulg.in.d.l.admonendi.et ibi Ludo.ro.in.xv.col.tenẽt cõtrarium:nihil tamẽ sufficienter allegant:ideo parũ proderit eorum autoritas:ibi dicetur:an autem a tali sñia possit appellari:tangam.j.saltem remissiue:et ex istis remanent expediti tex.¶Venio ad gloss.et in primis opponit Barto.contra istam legez de.l.in actionibus.ff.de in lit.iurã.

34 vbi ponitur regula†quod iuramentum in litẽ nõ pstatur nisi in actionib[9] bonefidei:et in actionibus stricti iuris que sunt arbitrarie:respõdet Bar.vt hic per eum.Sali.hic:in.iij.q.tenet qd imo iuramentum de quo hic est iuramentum affectionis,non veritatis:et dicit ita tenere Cyn.hic:nihil aliud allegat.in lectura mea Cy.nihil dicit:puto quod Bar.bene dicat,vt communiter etiaz tenent canoni.in.d.c.fi.intelligas tamen sane Bartol.quia visus est sentire qd actio vel interdictum vnde vi:de quo hic,nõ sit arbitrariũ:et si istud voluisset Bar.male diceret:quia interdictum vnde vi est arbitrarium:quia text.est in.l.qui restituere.in fin.ff.de rei vendi.imo quelibet actio stricti iuris potest effici arbitraria, saltem aptitudine:vt declarat Barto.in.l.si cum dos.§.j.ff.reruz amo.et melius Joan.fab.in.§.preterea quasdam.instit.de actio.et Barto.in.d.l.in actionibus.in.iij.colũ.debet ergo intelligi Bart. quod ista lex loquitur in alio iuramento quam in iuramento de affectione.et non voluit dicere quod interdictum vnde vi nõ possit esse arbitrarium:postea Bar.etiam opponit:et respõdet distinguendo:aut petita est res aut estimatio:vide hic per eum:tenet tamen Barto.qd ista lex potest procedere omni casu:siue ad rem siue ad estimationem agatur:vt dixi.§.in.vj.notabili.et qd hic est casus qd illi qui nihil probauit creditur virtute iuramenti:et addo bonã gl.in.c.dilecti.de foro cõpe.¶Glo.in verbo manifestet, diuiditur in duas.Primo colligit ex text.regulam ad quam allegat plures concor.In secunda remouet vnũ contrarium.Secun-

35 da ibi:regulariter autẽ contra.¶†In eadem glos.ibi:in fi.no.ex glo.qd ad hoc vt locum habeat decisio huius legis,et sic vt prestaretur iuramentum damnum passo:requiruntur duo copulatiue. Primo difficultas probationis.Secundo delictum precedens. quo casu odio delinquentis prestatur tale iuramẽtuz.Sed dicet aliquis,quando dicetur adesse difficultas probationis:et quando nõ:vt sciatur quando habeat locum iuramentuz:de quo hic: Bart.singu.in.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.in princi.vlti.colũ. dicit qd vbicũqȝ res non possunt ad oculũ demonstrari:vel quia sint perempte:vel quia non extent:semper dicitur adesse difficultas probationis:allegat ad hoc.l.cum res.§.penulti.ff.de lega.j.et in.l.in actionibus.et.l.nummis.ff.de in lit.iur.et est istud multum notan.et in practica iudices solent multũ errare:et illã doctrinam refert et sequitur simpliciter solus Joan.fab.hic:et apud canoni. in isto proposito nostro refert et simpliciter sequitur Joannes de imo.in.d.c.fin.in.v.colũ.extra quod metus causa.¶Ex ista glos. nostra inquantum dicit in odiũ delinquentis,dicit Bart.ponde-

36 ra:quia opz prius cõstare de delicto:et p hoc inducit Barto.†ad questionem,de statuto disponẽte qd si sit factum furtum scholari qd de dãno statur iuramento suo:vt est Bononie:pone qd nõ cõstet de furto,an habebit locum statutum:certe non:vt hic per eũ: addo qd istud idem per hanc legẽ tenet ipse Bart.in.l.diuus.ff. de testa.mili.et no.Bald.in.l.j.in.j.colum.C.de re.credi.et facit qd

no. Bal. in ista. l. ꝛ retuli. §. in text. adde etiã qd not. Bar. in. l. fi. in
37 fi. ff. de in lit. iur. ꝛ dicetur. j. ꝛ erit pulcher passus. ¶ † Successiue pro intellectu gloss. huius. l. querũt doc. oẽs / de tali qõne: statutũ est qd si aliquis fuerit derobatus in ciuitate: vel in villa, vel in castro: qd pro dãno dato in tali villa, cõmune ꝛ homines teneantur emendare dãnũ: pone qd aliquis fuit derobatus in villa ꝛ istud plene ꝑbat: sed res sibi derobata non põt probare: nec q̃tũ fuerit sibi derobatũ: nũquid de dãno stabitur iuramẽto dãnũ passi: ꝑ istã legẽ. Bar. hic dicit qd gl. in. d. l. in actionib⁹. ꝛ in. l. in bonefidei. §. de rebus credi. videť dicere qd sic. Jac. de are. qui fuit doct. Parmẽsis quẽ referũt Cy. Albe. ꝛ canoniste in. d. c. fi. tenet quod isto casu dꝫ stari iuramento dãnũ passi: ꝛ mouebať: q2 non est dubiũ qd cõtra malefactorẽ probato maleficio de estima. rerum staretur iuramento dãnũ passi: tũc sic villa tenetur ex quasi maleficio. l. j. §. summa cum vtilitate. ff. de his q deie. vel effu. l. ex maleficijs. in prin. ff. de actio. ꝛ obliga. ergo ꝑbato maleficio, dꝫ ꝯtra eã iurari: sicut iuraretur cõtra malefactorẽ. scđo allegabat text. in. l. ne quid. in ver. testari. ff. de incen. ru. nau. intelligendo verbum testari. pro simplici attestatione dãnũ passi: cõtrariũ tenent omnes doc. hic: ꝛ antiqui: ꝛ nouissimi: ꝛ cõtrariũ tenent oẽs cano. in. d. c. fi. extra qd metus cau. qd imo qñ villa teneť ad maleficium commissum, qd de dãno nõ stetur iuramẽto dãnũ passi: q2 in. l. nostra requiritur qd constet de delicto: sed villa non teneť de delicto: sed de quasi delicto: ergo ꝛc. ꝛ dicunt docto. hoc probari in hac. l. que requirit difficultatem probandi ꝛ odiũ delinquẽtis: sed villa non est illa que deliquit: ergo ꝛc. allegat. l. j. ff. quando ex fac. tu. ex quo apparet non obst. argu. Jaco. de are. q2 dato qd villa sit in culpa: sola tñ culpa non sufficit: sed requiritur verus dolus. l. in actionibus. ver. plane. ff. de in lit. iur. Ange. pulchre in aut. si quis in aliquo. C. de eden. Non ob. etiam. d. l. ne quid. q2 gloss. ibi intelligit testari. i. per testes idoneos: ꝛ tunc contra Jac. de are. facit: ꝛ etiã
38 contra eum probat ille text. in ver. probauerit. † Et communis sententia est cõtra Jaco. de are. qd nõ statur iuramento damnuꝫ passi quando villa tenetur ex statuto: ꝛ subdit Albe. hic: qd iudiciorũ vsus approbat istam opi. ꝛ qd ipse sic de facto obtinuit: ita etiam tenet Barto. in. l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. ꝛ in. l. j. ff. fur. aduer. nau. ꝛ Bar. post Py. in. d. l. j. ff. qñ ex fac. tut. ꝛ Barto. in. l. semper. §. in hoc interdicto. qui est. §. fi. ff. qd vi aut clam. ꝛ Bald. in. c. j. §. cõuenticulas. de pa. iu. fir. in vsibus feu. etiam tenet in terminis Joã. and. in addi. Spec. in titu. de rapto. circa prin. Ex ista cõmuni doctri. Bart. ꝛ doc. habes singula. limitationẽ ad istã legem ꝛ ad. c. fi. vt sit verum qñ agitur immediate cõtra ipsum delinquẽtem: secus si ageretur cõtra tertiũ, qui teneretur pro delinquẽte etiam nõ habet locũ ista lex: ita in specie limitat Bar. in. d. l. semper. §. fi. ꝛ in. l. j. qñ ex fac. tu. allegata per Barto. hic: ꝛ Ang. ꝛ Joã. fab. hic: puto aduertendũ: ꝛ imo videtur qd tenetur ex delicto proprio: ꝛ non ex quasi delicto: ꝛ sic qd habeat locuꝫ ista. l. q2 regula est quam tradit Barto. post Jaco. de are. in. l. si ita testamento. §. fin. per illũ tex. ff. de fund. instruc. vbi fit mentio de vicinis: dicit qd vbicũq3 robaria seu dãnum committitur in aliquo territorio ville: qd tũc illi de villa dicuntur commisisse tale delictum: quia tunc nisi aliud appareat, presumũtur ipsi de villa: et possent torqueri si procederetur in criminalibus: vt dicit Barto. in. l. fi. ff. de questio. ꝛ in simili facit qd dicit Barto. in. l. dominus
39 horreorum. circa fi. per illum text. ff. loca. vbi dicit Bar. † qd si fiat furtum alicui de nocte, est presumẽdum qd fuerint vicini: ꝛ possunt torqueri: ꝛ ita etiam dicit Bartol. in. l. j. ff. fur. aduer. nau. et not. Bald. in. l. j. in prin. in bona lectu. C. loca. vbi dicit qd illi vicini debent torqueri de quibus magis suspicatur. Jdem Bald.
40 in. l. pignus. C. de pigno. actio. ¶ † Et ad hoc comprobandum: facit qd vult in. l. j. in vlt. nota. per illum tex. ff. de via publi. vbi dicit q̃ si reperiatur aliquis occisus de nocte: qd ꝑsumptio est qd vicini fuerint illi qui interfecerunt: ꝛ est presumptio qd sit ille vicinus qui habebat cadauer apud ostium suum. quod est notãdum singulariter: sic ergo in proposito illi de villa dicuntur cõmisisse delictum: ideo si conueniantur, videntur conueniri ex proprio delicto: non autem ex quasi delicto, ꝛ quod contra eam debeat iurari in forma istius legis: postq̃ est probatum delictum. alij non tangunt: posset responderi qd docto. presupponunt qd delictum sit commissum per alios quam per homines ipsius ville: ꝛ tunc cessat argumentum sed istud est restringere decisionem docto.
41 qui generaliter loquuntur. † Jdem dico sic / qñ non constat que sint ille persone que fecerint talem robariam, homines de villa dicuntur fecisse delictum: est verum presumptiue: ꝛ est vehemẽs coniectura: sed ad hoc vt possit contra aliquem iurari, requiritur qd sit vere delinquens: ꝛ qd sit in vero dolo: sed iste est dolus presumptus: ergo nõ debet habere locũ ista lex: quia non sufficit dolus presumptus: vt dixi. §. ad hoc vt habeat locum ista lex: ꝛ ista solu. satisfacit: vel aliter ꝛ tertio respondendo dico / qd licet presumptio sit: non tamen est presumptio qd oẽs deliquerint: et tamen omnes tenentur: ergo contra omnes nõ potest habere locũ istud iuramentum: ꝛ sic habes aliam limitationem ad istã legeꝫ qd ad hoc vt habeat locum ista lex. requiritur quod arguatur ve
42 rus dolus. ¶ † An auteꝫ de iure communi quãdo nõ adesset aliquod statutum vt presupponunt: an homines ville tenerentur emendare dãnum vel dñs castri: vide Bar. post glo. in. l. ne qd. ff. de incen. rui. nau. vbi etiam allegat gloss. ꝛ tex. in. §. quoniã vero. in aut. vt nulli iudi. li. ꝛ Bal. in. l. si quis non dicam rapere. in. iiij. colũ. C. de episc. ꝛ cleri. Bal. in. d. c. ij. §. conuenticulas. de pac. iur. fir. ꝛ Bal. in. l. fi. C. de cap. ꝛ Joã. and. in regula non debet. in mercu. lib. vj. ꝛ late do. Anto. de But. vbi mare magnum. in. c. j. extra de resti. spol. ꝛ est expedita gloss. ꝛ per consequens dicta doct.
43 ¶ † Retenta communi sententia ꝛ vera / quando agitur ꝯtra tertium: ꝛ non contra delinquentem: qd non stetur iuramento dãnum passi: sed debeat probari: videndũ est quomodo debeat probari. Cy. hic in fin. dicit quod poterit probari per socios ꝛ domesticos: quia licet alias repellantur: tamen isto casu in subsidium admittuntur. per text. in. l. consensu. ver. super plagis. §. de repu. ꝛ. l. quoties. ꝛ. l. de submersis. C. de naufra. lib. xj. ꝛ cum Cy. tenent omnes doc. hic: ꝛ cano. in. d. c. fin. subiungit etiam Barto. qd tali casu sufficeret probatio per coniecturas, nisi visum fuerit per aliquos qualiter in hospitium aliquis detulit res in valisia. iuxta. l. iij. §. idem diuus. ff. de testi. quia propter tales coniecturas deferetur sibi iuramentum: ex regula legis admonendi. ff. de iureiuran. ꝛ in. l. in bonefidei. C. eo. vid Bar. hic in fi. Adde Bar. idẽ cõcludentem in. l. quoties. per illum tex. C. de nau. lib. xj. ꝛ Spec. in tit. de furtis. ad finem. ꝛ in ti. de pigno. §. j. in ver. ꝛ not. cum versicu. sequen. facit qd no. Bar. Ang. ꝛ Moder. in. l. si quis ex argentarijs. §. penul. ff. de eden. ꝛ quod not. Bal. in. l. j. ꝛ in. l. certi iuris.
44 C. loca. ꝛ in rubri. C. depositi. ¶ † Quero successiue an dispositio istius legis habeat locum in omni violentia, ꝛ in omni damno. Cy. hic: in. j. q. ꝛ expressius Alberi. de rosa. qui cum eo tenet: videtur distinguere: aut agitur ad interesse qd factum sit aliquid indebite qd fieri non debuit: ꝛ tunc dicunt qd probato dolo statur iuramento dãnum passi. per. l. semper. §. in hoc interdicto. ff. qd vi aut clam. ꝛ gloss. consimilis. in. §. fin. institu. de verbo. oblig. alias si conueniatur ad interesse: non quia fecerit: sed quia omiserit: ꝛ tunc sit secus: non respondent tamen directo questioni formate: ideo ego dico / quod ista lex ꝛ. d. c. fin. proculdubio locum habent in violentia expulsiua: vt probat iste text. in versicu. inuasis. Jtem in violentia ablatiua: vt est tex. in ver. abreptis. ꝛ in istis duabus nemo dubitat. Jtem habet locum in violentia cõpulsiua: vt probatur in. d. c. fi. iuncta rubric. sub qua ponitur fm Jmol. Hostien. ꝛ alios canoni. ibi: ꝛ scđm eosdem habet etiam locuꝫ in omnibus alijs violentijs, tam inquietatiuis q̃ in turbatiuis, dummodo arguatur verus dolus: ꝛ idem quod ista lex habeat locum in omni genere violentiarum firmat aperte Salice. hic: in. v. q. Ang. Joan. fab. ꝛ Fulg. hic: ꝛ qd habeat locum in omni genere violentie et clandestinitatis: tenet expresse Bal. in. l. vinca. C. de sentent. que pro eo qd interest. in. xij. vel. xiij. colũ. ver. mõ cõtra hoc opp. quintodecimo: ꝛ est vltima oppositio quam faciat ibi Bald.
¶ Subijciunt etiam in specie Jnno. ꝛ Hosti. in. d. c. fi. qd haberet
45 locũ ista. l. ꝛ ille tex. † si aliquis dominus terre inferret bellum subdito suo vel vasallo suo indebite: aut euꝫ banniret indebite: ꝛ pro isto actu res mobiles istius ꝛ supellectilia subijcerentur sacco: quia staretur iuramento dãnũ passi: ꝛ dicit ibi Pau. qd ista sunt
46 nota. solus do. Anto. de but. ibi cõtradicit in hoc: † ꝛ ꝯsyderat in hac materia duplex iuramentum: quoddã est qd prestatur super quãtitate rerũ perditarũ: hoc est quot aut quante res perdite fuerunt: ꝛ tunc tenet do. Ant. qd tale iuramentum non prestetur dãnum passo: nisi in vi expulsiua: ꝛ consequenter in interdicto vnde vi. ꝛ vi ablatiua: ꝛ cõsequenter in actione vi bonorũ raptorum: in alijs autem violentijs concludit quod non habeat locum ista lex.
47 Quoddam † est iuramentũ qd prestatur super estimatione reruꝫ perditarum: ꝛ tunc habet locum in omni genere violentiarum: tamen in hac sua differentia do. Anto. loquitur sine ratione. Et propterea Jo. de imo. in. d. c. fi. in. iiij. colum. ꝛ do. Pau. in. v. colũ. irridentes reprobant istam opi. do. Anto. et tenent qd ista lex habeat locũ in omni specie violẽtiarum: vt. §. dixi. ¶ An aũt ista lex habeat locum in furto: videretur qd non: q2 ista iura loquunť vbi sit violẽtia que non cadit in furto: vnde exorbitantia a regulis cõmunibus vt predixi viderentur non extendenda: tamen Jnnoc. ꝛ Host. in. d. c. fi. cõcludunt qd ista iura etiã habeant locuꝫ in furto: per idẽtitatẽ rationis. cum procedat delictum: ꝛ difficultas ꝑbatur: ꝛ istud fuit de mente glo. in. d. c. fin. ponderando ibi verbum ex maleficio: ergo in furto: idem tenent ibi alij cano. cõcludit ibi Jnno. qd siue agatur actione furti: siue condictione furtiua ad rẽ: iuxta. l. si pro fure. in prin. ff. de condi. furti. vtroq3 casu habent locum ista iura: idẽ qd ista iura habeãt locũ in furto / firmat expresse Bald. in. c. j. §. iniuria. in. iiij. colũ. de pace iur. fir. in vsibus feud. ꝛ

idem Bal.

idem Bal.in.l.si res.C.de ord.cog.⁊ expresse Ang.hic:⁊ expresse do.Alex.in.l.ij.ff.de dā.infec.post Ludo.roma.ibi:qui nihil decidit:quia tunc habebat de facto:⁊ bene facit qd decidit Bal.in.l.j.C.qd metus cau.⁊ optime facit.l.cū furti.cum glo.ff.de in lit.iur.bene facit tex.noster in ver.dāno.iuncta regula que habet qd vbi fit mentio de dāno:sub tali dictione etiā continetur furtū:vt not.Ludo.roma.in illa.l.ij.per illum tex.ff.de dā.infec.quāuis cōtrarium teneat Bald.in.l.nauta.§.fi.per illū text.ff.nau.cau.sta.vbi text.ponit copulam inter dānum ⁊ furtum/que cadit inter diuersa.de veritate videat Lud.ro.⁊ do.Alex.in.d.l.ij.ff.de dam.infec.

48 ¶†An autē ista iura habeāt locū in cōtractibus:si ex cōtractu argueretur dolus ⁊ perfidia:⁊ adesset inopia probationis.Exemplum,si aliquis intraret hospitium:⁊ deponeret penes hospitē valisiam suam clausam ⁊ sigillatā in qua haberet res suas:⁊ forte pecunias:vel si aliqs scholaris qn̄ recedit poneret capsam suā in domo alicuius:⁊ tempore reuersionis redditur valisia dissigillata:⁊ capsa aperta:scholaris arguit dolum:difficile est probare estimationē ⁊ q̄titatē rerū:an isto casu staretur iuramento dānū passi precedente taxatione:vt dicit text.Inno.Hostiē.⁊ alij cano.in.d.c.fi.concludunt qd sic:⁊ expresse sequitur Bart.in.l.in actionibus.in vlti.col.⁊ ibi Bal.in lec.antiqua.⁊ Ludo.ro.fi.de in lit.iuran.idē tenet Fulg.in.l.cū furti.eo.tit.⁊ Specu.in tit.de fur.§.j.in ver.quid si reus.est verū qd Barto.variauit ⁊ cōtrariū tenuit in.l.j.§.j.ff.fur.aduer.nau.⁊ forte melius:⁊ ibi inter cetera adducit Bar.

49 †q: hospes tenetur ex quasi maleficio:ideo dicit qd faceret poni ad torturam hospitē ⁊ famulos:de qua etiā vide Bar.in.l.j.§.si cista.per illum text.ff.depo. Bal.in rub.C.depo.⁊ in.l.j.C.loca.

50 †¶Extra autem casus predictos an ⁊ qn̄ interesse probetur per solū iuramentū[a] ⁊ qn̄ nō:recurratis ad glo.in.d.l.semper.§.in hoc interdicto.⁊ in.d.§.fin.instit.de ver.obl.ponit Joan.fab.⁊ Bal.in.l.vnica.in.xiiij.colū.C.de senten.que pro eo qd interest.Specu.in tit.de fruc.⁊ interesse.in.§.viso.ad fi.canoni.in.c.dilecti.post glo.ibi extra de fo.cōpe.⁊ qd not.Bart.in.l.j.in princi.⁊ alij post eum.ff.quēadmo.testa.aper.

51 ¶†Quero successiue:an facultas iurandi de qua in ista.l.⁊ in.d.c.fi.trāseat ad heredē dānū passi:si mortuus est dānum passus anteq̄ iuret:tāgit solus Jo.fab.⁊ nihil decidit.solū alle.l.generaliter.in princi.C.de re.cre.⁊ illa.l.probaret qd non:ibi cum multū discrepet iuramentum hereditarium a principali sacramento:⁊ Bal.ibi no.ex illo text.qd facultas iurandi non trāsit ad heredem:quia sepenumero legali viro succedit perfidus ⁊ iniquus heres:istis non obstātibus teneo qd indistincte facultas iurandi transit ad heredem dānum passi.ita expresse determinat Pau.de cast.Ludo.ro.⁊ do.Alexan.in.l.penul.§.fi.per glo.ibi no.ff.ne quis eum qui in ius vo.est vi eximat.⁊ bene facit regula quā ex illa glo.ibi not.Bald.⁊ Ange.qd lꝫ facultas iurandi non transeat contra heredem illius qui dānū dedit.l.penul.⁊ fi.s̄.de in lit.iuran.⁊ dicam nunc:tamen facultas iurandi bene transit ad heredes damnum passi.⁊ pro ista sentētia facit optima ratio in qua fundatur veritas istius decisionis:quia qn̄ iuramentum dꝫ de necessitate prestari per iudicem:eo q: l.ita disponat.vt hic:⁊.d.c.fi.⁊ sic iuramentum defertur ex dispositione.l.nos habemus regulam qd.l.semper loquitur:⁊ est in viridi obseruantia.l.arriani.C.de hereti.ergo dispositio talis legis:ita loquitur tēpore heredis sicut tēpore primi dānū passi.ergo omni casu habet locum:

52 †secus in iuramento qd non defertur a lege:sꝫ ex consensu partium:⁊ sic in iuramento iudiciali vel voluntario:quia tūc nō transit ad heredes:q: si ego fui confisus de legalitate defuncti:non tn̄ ero cōtentus de herede eius:ita loquitur.d.l.generaliter.⁊ ibi no.Bal.⁊ ita in proposito nostro etiam tenuit melius q̄ alibi Ludo.ro.in cōsil.ccxc.incip.in casu proposite consultationis breuiter dicendū dictum Franciscū ⁊c.⁊ idē Ludo.in.l.qui bona.§.qui damni.in additionibus nouis.ff.de dam.infect.⁊ idem tenet Bald.in loco statim allegando.¶Et per fundamentum quod facit/qd qn̄ facultas iurandi conceditur a.l.trāseat ad heredē:q:.l.semper loquit̄:infero

53 †qd stante statuto qd de damno stetur iuramento dānum passi:qd cōpeteret tale iuramentū heredi:ita in terminis Lud.ro.in cōsi.proxime allega.⁊ in.l.iiij.§.fina.ff.de iureiuran.⁊ in.d.l.penul.§.fin.ff.ne qs eum qui.q̄uis in hoc vltimo cōtrariū expresse tenuerit Bal.⁊ male/in.l.iij.in princi.ff.de iureiur.motus per doc.glos.no.in.l.idē pōponi[9] scribit si frumentum.§.fi.in ver.appareat.ff.de rei ven.vbi dicit glos.qd facultas declarādi libellum non trāsit ad heredes:et ad ista adde qd not.Bal.in.l.ij.ff.de cōdi.inde.¶Limita tamē sing.predictā cōclusionē fm Bal.in.c.j.in.j.col.per illū text.si de inuest.inter do.⁊ vasal.lis ori.⁊ est dictū multū rationabile.etiā si millies nō eēt autoritas Bal.vbi dicit Bald.formaliter no.qd licet ius probandi per sacramentum transeat ad heredes:illud est verū qn̄ heredes sunt in tali conditione qui possint iurare:eo q: sint bene informati:al's nō:ideo oportet qd essent tales heredes q morati essent in domo defuncti:⁊ gessissent negotia defuncti:q: quis anceps non debet subire iuramentum.

54 ¶†Quid autē econtra:an ista facultas iurandi transeat contra heredes dānum dantis:lꝫ Joā.fabr.hic loquatur sub dubio forte,veritas est qd si lis erat cōtest.cōtra defunctum qui dānum dedit:tūc transit:al's secus per regulā.l.vnice.C.ne ex deli.defun.q: etiā dolus dicitur crimen.glos.in.l.j.ff.de fideius.tu.⁊ ibi Bar.facit.l.pe.⁊ fi.C.de in lit.iur.⁊ ita determinat Barto.in.l.in actionibus.ff.de in lit.iurā.in duobus locis in penul.⁊ vlti.colū.⁊ q̄tū ad hoc alij ibi idem tenent.

55 ¶†An autē in casu istorū iuriū possit appellari:⁊ sic an taxatiōe iudicis p̄cedēte possit appellari.scdo nūquid a iuramento partis vel saltē a snīa que postea fertur scdm iuramentū:breuiter a taxatione iudicis posset appellari,ratio/q: taxatio que fit a iudice cōmittitur arbitrio iudicis tāq̄ boni viri:qui habeat taxare fm qualitatem personarum:sed regula est qd quando aliquid cōmittitur iudici tanq̄ bono viro,a tali ordinatione iudicis potest appellari glos.est approbata in.l.si qua pena.in glo.magna.circa fi.ff.de verbo.signi.cano.⁊ glo.in.c.super his.extra de accu.⁊.ita tenent cano.in d.c.fi.

56 †A iuramento autē prestito per partē appellari nō potest:quia licet a iuramento voluntario vel iudiciali ex quo orit̄ actio possit appellari:vt no.bar.in.d.l.generaliter.§.j.s̄.de re.cre.tamē a iuramento qd defertur in defectum totalis probationis qd defert̄ parte inuita:⁊ ex quo nō oritur actio:nō potest appellari:ita no.Anto.in vlti.colū.in.d.c.fi.⁊ Barto.in.d.l.in actionibus.in vlti.col.⁊ ibi Sali.⁊ alij Mod.ff.de in litē iuran.intellige semp dictū de iure ciuili:sed de iure canonico pōt appellari ab omni grauamine.c.vt debitus.extra de appel.a sententia autē cōiter firmāt cano.in.d.c.fi.qd pōt appellari:excepto Joā.de imo.in.ix.col.qui tenet qd non possit appellari:q: imputet sibi pars que a taxatione non appellauit.¶Ultimo no.limita ista iura:vt.s̄.dixi procedere qn̄ agitur cōtra dānum dantem immediate,secus si cōtra tertiū:vt.s̄.dixi.

57 ¶†Nunquid autē possit limitari:vt ista procedant qn̄ agitur ciuiliter:secus si ageretur criminaliter.Bartol.alibi dicit qd sic:ita limitat Bar.in.l.fi.ff.de in lit.iur.⁊ mouetur q: in criminalibus debent probationes esse luce meridiana clariores.l.sciant.C.de proba.Et idē simpliciter tenet Angel.hic:et Fulg.in.l.cum furti.ff.de in lit.iur.⁊ do.Alex.in.d.l.fi.ff.de in lit.iur. Subdit tn̄ Bart.in.d.l.fi.in fi.sub dubio forte/qd licet in criminalibus ista.l.nō haberet locū ad cōdēnandum:tamē haberet[a] locū ad iudiciū faciendū.Puto contrariū/qd ista.l.procedat indistincte etiam si agatur criminaliter:vt probat ista.l.⁊.d.c.fi.in generalitate sui:⁊ istā opi.cōtra Bar.tꝫ exp̄sse Ang.sibi cōtrarius in.l.cū furti.per illū tex.ff.de in lit.iur.⁊ Lud.ro.in.d.l.fi.ff.eo.non ob.ar.Bar.qd in criminalibus debent probationes esse luce meridiana clariores:q: fateor:ideo plene probabitur furtum:sed de dāno statur iuramento:vt hic:non obst.aliud fundamētum do.Alex.dū ponderat tex.nostrū in ver.agere.in text.nostro positū:quia de verbo agere,verbū nullū:⁊ ita cōtra Barto.est de mente Jo.de imo.in.d.c.fi.s̄.alleg.¶Limita etiā vt procedāt qn̄ violētia vel aliud delictum perpetrarentur cōmittēdo,⁊ sic faciēdo:secus autē si delictū fieret omittendo:q: non haberet locū ista.l.q: grauius est delictū qd cōmittitur in faciēdo q̄ in omittendo.glo.est in.l.semel mora.ff.solu.ma.ita limitat Ludo.ro.in.l.admonēdi.in.xvij.col.ff.de iureiu.⁊ ita volūt oēs docto.hic:in.q.de statuto disponēte

58 †qd si fiat furtum in tali villa qd oēs de villa illa teneantur:nam si deliquerunt omittēdo,nō incurrunt penam:puta qd debuerunt tenere vias securas:ita etiam tenet Cy.in.ij.q.⁊ Albe.de rosa.post eum.

59 ¶†Ex ista decisione infero qd ad hoc vt habeat locum ista.l,requiritur dolus:secus si esset culpa:puta omittendo:de quo videatis gl.in.d.l.semper.§.in hoc interdicto.⁊ in.l.vnica.C.de sent.que p̄ eo quod interest.imo nec dolus presumptus sufficeret:vt.s̄.dixi.¶Quasdam alias limitationes potestis colligere ex his que.s̄.dicta sunt.Et istam legem habetis expeditam.

[a] ¶Per solū iuramētuꝫ. Adde doc. in.l.ij.⁊ in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.

¶Jasonis de Mayno Mediolanensis,illustris patritij.J.U.doctoris clarissimi,in Scdam codicis partē Commentaria cum diligenti ac recenti castigatione,deo fauente expliciunt.

¶Lugduni apud Melchiorē ⁊ Gasparem Trechsel,fratres.

¶Index quaternionum.

aa.bb.cc.dd.ee.ff.gg.hh.ii.kk ll.mm.nn.oo.pp.qq.rr.ss.tt.vv.xx.yy.zz.Quorum zz quinternio est.Reliqui quaterniones.

iij.Esdre.iij.
Super omnia autem Ueritas.

IASONIS
Mayni
In Codicem
2ª pars.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm